An ſeruo legatū pure relictū ſeruo heredis teſtatoris nō valet. licz etiā viuo teſtatoē ille ſeruus ereat ptātem illius heredis. ſed legatū tali ſeruo relictū ſub conditione valz. Et ſi tpe exiſtentie conditionis talis ſeruus nō ſit in ptāte illius heredis. legatū ſortiet effectū. Ez econtra ſi ſeruus ſit inſtitutus heres tunc dño illius ſeruꝰ pōt legatū pure relinqui. q ſi ſeruus ante aditaz hereditatē alienet vel manumittat vtile eſt legatū. Sed ſi maneat in ptāte illius dñi. et iuſſu eius adeat hereditatē extinguit legatū. tunc ibi. ante heredis. Et olim añ heredis inſtitutionē legatū relinqui nec libertas dari poterat. Sed hodie pt añ heredis inſtitutionē vel in medio ſeu poſt. Similiter olim nō valebat legatū relictuz poſt mortem heredis vel legatarij. ſed hodie valz. tunc ibi. pene quoq; noīe. Et olim nō valebat datio legati vel ademptio vel tranſlatio facta noīe pene. Ez hodie valet niſi legata ſint impoſſibilia vel legibus interdicta ſeu probroſa. hoc v. Et ptz intellectus.

☞ Notanduz primo circa ſ. an ſeruo De ideo ſeruo heredis nō pt pure legatuz relinqui. q tale legatū cedit a morte teſtatoris vt. C. de cadu. tollen. l. vnica ſ. cū igitur. Et quicquid ſeruus acquirit hoc acquirit dño ſuo vt ſ. p quas pſo. nobis acquirit ſ. item vobis. Et ſic idem eſſet heres et legatarius quod eē nō pt vt ff. de lega. ꝓmo. l. legatū. Et ratio eſt. quia tūc idē obligaret ſibiīpi ſeu deberet ſibiīpi qđ etiā eſſe nō pt vt. ī. de actio. ſ. ſic itaq;. nec prodeſt ſi iſte ſeruus viuo teſtatore ſit extra poteſtatem illi⁹ heredis. quo caſu ab initio vtile fuiſſet legatū quia actus morientiū nō poſſunt eſſe in ſuſpenſo vt. C. commu. predio. l. fi. in fi. Et etiam propter regulā cathoniānā que dicit q legatum tale qđ non valeret ſi teſtator ſtatiz moreretur poſt factum teſtamentū non conualeſcit per hoc q teſtator diutius viuit. Nec tamē regula fallit in vno caſu ſcilz ſi teſtator legauerit tibi rem tuam. nam ſi tunc ſtatim moreretur non valeret legatū. Ez ſi ſuperuiuat et ante mortem ſuam illa res a te eſt alienata valet legatum. Et de iſto dictum eſt ſ. eo. circa ſ. ſed ſi rem legatam. in oppoſitione. Et iſta regula cathoniana non habet locum in legati.

conditionalibus. qz ibi spectaꝫ cuētus conditionis ad hoc vt dies legati cedat Et si tunc inueniatur impedimentū valet legatū. licz fuerit aliqđ impedimētū añ cōditionē vt ff. de regu. cathonia. l. ij

¶ Notandū scđo. qđ seruo instituto heredē potest domino suo aliquid pure legari vt hic dicitur. Et ratio est quia ille seruus potest manumitti vel alienari anteqz̄ adeat hereditatem. ¶ Quo casu non erit idez heres z legatarius. Si tamē ille seruus maneat in potestate istius domini. z iussu eius adeat hereditatem tunc qđ fit idē heres z legatarius euanescit legatuz. Et ista ratio tāgitur hic in tex.

¶ Notāduz tertio circa ꝓhanc heredis Qz institutio heredis est caput et fundamentuz testamenti. qđ sine ea nō valz testamentū vt ff. de iure codicillo. l. fi ¶ Nihil tñ refert siue institutio heredis fiat añ legata vel post. quia ordo scripture nō ē seruādus. fa. l. nec enī. ff. de solutio.

¶ Notādum quarto Qz quando legatū confertur post mortez tūc sic distinguēdum est. quia aut testator sic dicit. lego tibi hanc rem post mortem heredis mei ¶ Nam tunc valet legatuz sed non nascitur obligatio nisi post mortez heredis. Et ratio est qz non est certū qđ tale legatuz debebitur. cū legatarius moriatur ante heredē. aut testator sic dicit. lego tibi hanc rem post mortem tuam. et tūc similiter valz legatū. z nascitur obligatio ante mortem. qđ certuz est qđ tale legatuz debebitur. z est tale legatū vtile legatario qđ pertinebit hēdi suo. ¶ Possz etiā esse vtile sibi puta si esset vestis in qua sepeliretur. Isto modo potest etiā fieri stipulatio post mortem stipulātis vel promissoris z valz stipulatio et nascitur obligatio ante mortē q̄uis ineffi cax sit ad petendū vt est glo. in. l. cedere diem. ff. de ꝟborū significationib⁹. Et hoc modo notāt docto. in. l. i. C. vt actio ab herede. et contra heredē incipiatur.

¶ Notandū finaliter circa ꝓpene Qz legatū interduz est impossibile vt si legētur lapides preciosi qui sunt in mari vt ff. de cōditio. institu. l. penulti. Interduz est legibus interdictū vt si legenť inquilini. id ē serui qui coniuncti sunt agro siue prediis vt ff. de lega. ꝓmo. l. si quis inquilinos. Et interduz ē probrosum vt si legentur vestimenta ad funus vsa vt ff. de lega. ꝓmo. l. seruo alieno ꝓfi.

¶ Opponitur primo contra predicta Et videť qđ seruo heredis pōt aliquid pure legari p. l. quidā ꝓfillo. C. ē. necessa. seruis heredi. instituen. / Solutio Illa lex nō imponit necessitatem solueꝺi hoc legatū. ¶ Vel potest dici qđ loquiť in legatis ānuis que post ꝓmū ānū sunt conditionalia vt ff. de alimen. z cibaria. lega. l. seruus. ¶ z hic loquimur in legato puro.

¶ Opponitur scđo Et videtur qđ hic inconueniēter dicitur valere legatū puruz relictuz domino quando seruus suus ē heres institutus. Et econtra non valere relictum pure seruo quando dominus suus est heres institutus. quia hinc inde videť esse eadē ratio scz qđ idez fit heres z legatarius. Et sicut seruus pōt manumitti vel alienari añ aditam hereditatem quādo ipe est institutus z dñs est legatarius. Sic etiam quādo dominus ē institutus z ipe legatarius Solutio / Quādo seruus ē legatarius. z dominus suus heres institutus tunc īmediate post mortē testatoris potest esse idem heres z legatarius. quod declarať sic. quia legatuz relictum seruo mortuo testatore sine aliquo iussu vel aliquo alio modo cedit domino vt in. l. placz. ff. de acquiren. hereditā. ¶ z quādo seruus ē institutus heres z dñs legatarius. tunc nō potest īmediate post

mortem testatoris esse idem legatarius ꝛ heres. quia dominus qui est legatarius in isto casu nō fit heres nisi mediāte iussu suo ꝛ obedientia serui vt. l. si quis mihi bona. ff. iussum. ff. de acquiren. hereditā. ꝛ. C. heredi. instituen. l. cū ꝓponas

Opponitur tertio Et videtur ꝙ ordo scripture ē seruādus p. l. generaliter ff. quid ergo. ff. de fideicōmissa. liberta.

Solutio Quādo ordo est de substantia scripture tūc ē seruādus vt vult illa lex. alias nō est necesse vt hic dicit Et de isto notat ꝑ docto. in. l. prolatam C. de sentētijs ꝛ interlocu. oīm iudicū.

Opponit finaliter Et videt ꝙ impossibilitas nō viciat legatum p. l. si mihi. ff de lega. ꝓmo.

Solutio Aut impossibilitas ē in legato p modū dispositionis adiecte substātie legate. ꝛ tunc vicia legatū. vt in alle. l. si mihi. Aut ipossibilitas apponit legato p modū ꝓditiōis ꝛ tūc nō viciat legatū. Sicut etiaz nec institutionē hēdis. vt s̄ de hēdi. īstituē. ff. impossibilis. Sz talis cōditio reijcit q̄si nō essz apposita. Et de isto latius in gl. ꝛ p docto. in. l. j. ff. de cōditio. institu.

Pōt ꝙ iste titulus totus sic breuiter recapitulari. Aut queritꝫ de natura legati fm se. ꝛ decidit in hoc titulo ibi. sed nō vsqz. aut respectiue. Et distinguitur. aut respectu testatoris. aut legatarij. aut rei legate. Si respectu testatoris. itex distinguit. Quia aut queritꝫ de verbis quib⁹ facit legatū ꝛ decidit ibi in ff. legatū. Aut queritꝫ ō ordine quē ipe debet seruare. ꝛ decidit ibi. aī hēdis. aut queritꝫ de modo. ꝛ decidit ibi. pene. aut de erroze suo. Et distinguit. aut de errore in nomine legatarij. ꝛ decidit ibi. si ds in nomine. Aut in demōstrādo legatarium vel causaz assignādo. ꝛ decidit ibi. huic proxima. Si respectu legatarij tunc aut queritꝫ de pluribus legatarijs. ꝛ decidit ibi. si cadez res. aut de vno. Et distinguit. Quia aut est seruus. ꝛ decidit ibi. an seruo. aut ē liber. ꝛ distinguit Quia aut ē incerta ꝑsona. ꝛ decidit ibi. Incertis. Aut est certa ꝑsona. ꝛ distinguit. Quia aut nō ꝑt esse legatarius. ꝛ decidit ibi. legati. aut pōt. Et distinguitur. quia vel est femini generis. ꝛ decidit ibi. sz si vxori. vel masculini. ꝛ decidit ibi. si quis debitori.

Si respectu rei legate. tūc aut queritur de re que nō est. ꝛ decidit ibi. ea quoq; Aut de re quę ē. Et distinguit. aut ō re incorpali. ꝛ decidit ibi. tam āt. aut de re corpali. Et distinguit. quia aut de re in genere. ꝛ decidit ibi. si generalit. aut de re legata in specie. Et distinguit. qz aut queritur de re aliena. aut de sua. Si de aliena distinguitur. aut aliena in opinione. ꝛ decidit ibi. si quis rem. Aut in veritate. ꝛ distinguitur. quia aut est legatarij aut alterius. Si legatarij. distinguitur. Quia aut est legatarij tempore factionis testamenti. ꝛ decidit ibi. si res aliena. Si ē alterius. decidit ibi. non solum. Sz si sit res sua. scilicz testatoris. distinguit. Aut ē obligata. ꝛ decidit ibi. sed et si rem. Aut non ē obligata. ꝛ distinguit. Quia aut est sua tempore factionis testamenti. ꝛ postea fit aliena. ꝛ decidit ibi. si rem suam. aut manet sua vsqz ad mortē. Et distinguitur. quia aut queritur de augmento ꝛ decremēto vel de interitu. Si de augmento distinguitur. Quia aut queritur de grege. ꝛ decidit ibi. si grex. Aut de peculio. ꝛ decidit ibi. peculium. Si de interitu distinguitur. Aut de interitu fm se. ꝛ decidit ibi. si res legata. Aut de interitu respectu alterius. ꝛ decidit ibi. si quis ancillas.

De adēptione legatorum.

Liber ij. De ademp. legatoꝝ.

Continuatur sic. Dictum est supꝝ qualiter dantur legata a testatore. sed quia volūtas hominis est ambulatoria vsqꝫ ad mortē vt. l. iij. ff. de adimendis legatis. Idcirco data legata possunt postea p ipm testatorem adimi vel transferri. Quapropter tractādū est hic de ademptione legatoꝝ:

Ademptio lega.

Sūmak sic. Ademptio legatoꝝ pōt fieri in codē testamento vel in alio seu etiā in codicillis quibuscunqꝫ ꝝbis ad hoc aptis. Similiter pōt fieri trāslatio legatoꝝ in qua semp continetur ademptio. hoc dicit. Et ptz intellectus tertius.

☞ Notādum primo q quādo ademptio fit in codicillis tunc requirit q codicilli confirmenē vt in auctē. de restitu. fideicōmisso. §. manifestū. collatio. ix. Que cōfirmatio intelligit facta siue codicilli fiant añ testamentū siue post. vt notak p bar. in. l. heredes palā. §. si quis post. ff. de testamen. Dz si codicilli fiant ab intestato tūc cōfirmātur p additionē venientiū ab intestato vt. §. de codicil. in principio dicetur.

Notādū scdo. q si legatū adimak in codē testamento tūc intelligit nō datū z heres liberak ipo iure. Dz si adimak i alia volūtate tunc est vera ademptio z heres liberak nō ipo iure ꝫ ope exceptionis vt ff. de his qui in testamen. delentur. l. i. et ff. de lega. primo. l. sita scriptum Dicit tū bar. in illa. l. si ita scriptū q qū dicit q heres nō liberak ipo iure ꝫ ope exceptionis. hoc dz intelligi qū legatū est ademptum in alia voluntate minus solēni. Nam si adimeret in volūtate eq solēni liberaret heres ipo iure.

Notandū 3°. q si sint duo codicilli in quoꝝ vno datum ē legatū et in alio est ademptū. Et nō apparet quis codicill⁹ sit prior, tūc ille ꝑsumit vltimus in quo ademptio facta est ar. l. nō pōt videri. ff de regu. iuris. Sed si vna res in duob⁹ codicillis diuersis legata ē ambo admittunt p concursum ad ptes rei legate. ff. de lega. primo. l. si pluribus.

Notādū qrto. q ademptio pōt fieri contrarijs ꝝbis vt dicendo. nō do non lego. vel alijs ꝝbis. vt dicendo. penitet me illi hoc legasse. vel etiā sola volūtate testatoris presumpta. vt si legatarius post factum testamentū fiat inimicus testatoris vt in. l. iij. ff. de adimen. lega. sic etiā si legatarius post mortem testatoris. stuprauerit vxorē ei⁹ adimit legatū vt in glo. in. l. fideicōmissum. C. de lega. et fideicōmiss. Sed isto modo nō adimitur hēditas q ad hoc requirit solēnitas vt l. ex pte. ff. eo.

Notādū finaliter q qñ legatū transfertur de vno ad alium tenet trāslatio ꝫuis ille ad quē trāsfertur nō sit capax vt. ff. de lega. primo. l. plane. Secus si ille ad quē trāffertur moreret viuo testatore. quia tūc legatū maneret apud primuꝝ vt. l. et si viuo. ff. eo. Et quādo trāsferē legatū si primo legatario sit apposita cōditio illa intelligitur repetita in secūdo vt. l. legatū sub conditione. ff. eo.

☞ Opponitur sic Et videtur q quando sunt duo codicilli in quoꝝ vno datū est legatū. et in alio ademptū neut valeat p. l. vbi repugnātia. ff. de regu. iur. Solutio Illa lex loquitur quādo est repugnantia ꝓpter implicationē ꝝboꝝ vt si testator sic dicat. lego ticio illam rē et scio eandē rem. et volo q vterqꝫ habeat insolidū. Sed hic loquimur de repugnantia codicilloꝝ.

De lege falcidia.

De lege falcidia.

Continuatur sic. Dictum est sup̄ qualiter legata adimuntur et transferunt consequenter dicendum est qualiter minuunt. et quia hoc fit p legem falcidiaz Ideo cōsequenter tractandū est de lege falcidia.

Superest vt. Sūmatur sic. Licz olim testator poterat totū patrimonium suum p legata distribuere. Hodie tamen non potest legare vltra dodrantem quod si fecerit illud qđ excedit dodrantem abstrahit p legē falcidiā. Qua cauet vt, quarta ps totius hēditatis salua maneat apud heredem vel heredes. tunc ibi. et cū quesituz. Si ps vnius heredis sit cōsumpta vel sup̄ moduz onerata legatis. Et ps alterius heredis nō est onerata. vel est onerata infra medietatem. tūc ille heres cuius ps esset consumpta habebit quartā ptē sue ptis saluā. Et alius heres habebit ptem suam sine onere vel cum illo onere quod pti sue citra medietatē impositus est. et nō succurret cohēdi suo. hoc dicit. Et ptz intellectus textus.

Notādum primo circa ℣ superest. q̄ lex falcidia sic vocatur a falce. quia sicut falx resecat fenū. sic lex falcidia resecat legata. Vel melius dicitur a falcidio auctore huius legis. sicut publicia na actio dicitur a publicio ℣. ō actio ℣ alie. Et est ista lex inuenta gratia testatorum ne intestati decedant quando heredes nullum lucrum haberent ex hereditate. testator tamen non potuit olim falcidiā repudiare vt. l. quod de bonis. ℣ fina. ff. eo. Dz hodie pōt vt in auctenti. sed cū testator. C. eo.

Notandum secundo. q̄ falcidia etiā habet locuz in donatione causa mortis vt. C. de donatio. causa mortis. l. ij. Et etiam in causa mortis capiōe vt. C. eo. l. penulti. Et hoc est verū si causa mortis capio proficiscatur ab herede. Secus si a testatore vt. l. acceptis ff. eodem Habet etiam locum falcidia in fideicōmissis vt. C. eo. l. ij. Similiter in donationibus inter vinos si morte confirmētur. alias nō vt. C. eo. l. in donatiōibus

Notandum tertio Q falcidia habet locum quando testator legat vltra dodrātem. Et continēt dodras nouem vncias vt sup̄ de heredi. instituen ℣ heredibus. Quod autem sup̄ legatum est ipo iure spectat ad heredez. ita q̄ ad hoc habet rei vendicationem vt ff. eo. linea. et l. plaucius. Falcidia tamen non debet detrahi ab vna re legata vt dicta. l. plaucius. Sed quando legata est ps hereditatis tunc succurritur heredi. p. l. falcidiam vt ptes rerum vel estimationem prestare potest vt ff. de lega. pmo. l. amplius ℣ i.

Notādum quarto circa ℣ et cum quesitum est. Q quando ps vnius heredis est grauata legatis tunc ipe debet quartam ptem sue ptis saluaz habere. Et coheres non succurrit sibi de pte sua quia falcidia in singulis heredibus ponēda est vt hic in textu. Et cōputatur in falcidia qđ quis habet iure hereditario et nō quod habet a coherede vel alias vt l. in quarta ℣ si quis vero. ff. eo. Nisi testator voluisz hoc imputari. vt. l. quod ait in fine. ff. eo. vel nisi sit pecunia data a statu libero. vt ff. de donatio. cā mortl. l. q̄ statu liber.

Quantitas. Sūmatur sic Ad ponēduz rationez falcidie cōsideranda est quantitas bonoz testatoris tempore mortis suc. Nam augmentuz contingens post mortem et ante additionem hereditatis

nihil prodest legatarijs. Similiter decrementuz nō prodest heredi qui tamē pōt hēditatē non adire. Et ideo ex pacto cuz legatarijs pōt aliquid acquirere vt adeat hēditatē. tunc ibi. cum autē Et ratio falcidie sumenda est deductis omnibus oneribus. Et debet fieri abstractio a singulis legatī. et si legata excedant bona hēditatis tunc ṗmo abstrahitur illud in quo legata excedūt ⁊ postea a singulis quarta ꝑs. hoc dicit. Et ptz intellectus textus.

Notandum primo circa ꝟbi. ex diuerso. q̄ iste text. loquit̄ de interitu rerū hēditariaꝝ. Nam de interitu rez legatarum cuius sez dāno pereunt dictuz ē supꝛ ꝟ lega. in ℣. si res legata. Ex quo pōt intelligi glo. hic q̄ satis obscure loquit̄.

Notāduz scō. q̄ sicut augmentū cōtingens post motē testatoris añ aditaz hēditatē non. prodest legatarijs quo ad detractionē falcidie. ꝟbi gratia. habēs centum in bonis legauit centum quib⁹ post motē ante aditā hēditatē accesserunt xxv. nō debz heres legatarijs solnere nisi lxxv. et ipe retinebit quinquaginta q̄ quātitas bonoꝝ considerat tēpore mortis testatoris. Sic etiā decrementū post motē contingēs et añ aditā hēditatez nō nocz legatarijs quo ad detractionē falcidie. vt ꝟbi gratia. habēs centū legauit lxxv. Et post mortez ei⁹ illa centū diminuunt̄ vsq̄ ad lxxv. non pōt heres ab illis lxxv. ꝑ. l. falcidiā aliq̄d abstrahē. ℣z q̄ pōt hēditatē nō adire. et sic legatarij nihil haberēt. Ideo pōt cōponere seu pacisci cū legatarijs vt sibi aliq̄d dent vel habere ꝓmittant ꝑ aditiōe hēditatis. et ita hz illud nō ex. l. falcidia ꝛz ex pacto. Et ex isto eliciunt̄ tria ṗmo q̄ legata et fideicōmissa nō sūt oīo ereq̄ta. q̄ fideicōmissarius saltē vlis pōt hēdez cōpellē vt hēditatē adeat vt ℣. titulo proxio ℣. ꝛz si recuset. legatarius āt nō pōt eū cōpellere vt hic dicit̄. scōz q̄ nō opz legata solui añ aditionē hēditatis. 3ᵐ q̄ aditio hēditatis. pōt eē venalis.

Notādū 3ᵒ circa ℣. cū āt. q̄ in ponenda rōne falcidie ṗmo deducēdū ē es alienū. etiā q̄ testatoz debuit hēdi q̄uis cōfusiōe sit factū indebitū vt ff. eo. l. qui fundū. Et hoc est verꝝ nisi testatoz aliud exp̄sse voluisset vt ff. eo. l. si debitoz creditorē. Ex quo ptz q̄ creditoꝝ⁹ soluē duz ē añ solutionē legatoꝝ. etiā deducē de sunt impēse funeris. etiā p̄ciū monumenti saltē ncārij nō āt volūtarij vt ff. eo. l. i. ℣. fi. Et debent impēse funerales fieri et cōputari fm q̄litatē p̄sone. et q̄ntitatē patrimonij ipius defuncti vt. l. ꝛz si quis ℣. equū. ff. de religio. et sumpti. funer. Debz etiā deduci p̄ciū seruoꝝ vt h̄ dicit̄. q̄ pōt exponi dupliciter. ṗmo quia mos erat āt iquitus q̄ q̄ testatoz nō habebat seruos tunc emebātur vnus vel plures. qui ꝓpter honorē antecederent funus pilleati quo facto stati erāt manumissi. Et huiusmodi p̄ciū quod dabat̄ pro seruis fuit deducendū in ratione. l. falcidie. fa. ad hoc. C. de lati. liberta. tollen. l. vnica ℣. sed et qui domini. Secundo potest exponi vt si testatoz legauit alicui quinquaginta aureos vt emeret seruos alienos. et illos manumitteret ab isto legato nō detrahebatur falcidia nisi legatarius emisset istos seruos pro xxx. quia tunc de xx. supfluis detrahebatur falcidia: vel dabatur sibi legatuz vt manumitteret seruum propriuz. Et nulla falcidia detrahebatur vt ff. de fideicōmissa. liberta. l. decez. Sed primus intellectus melius facit ad propositum. quia iste text⁹ loquitur in eo q̄ heres debet deducere a patrimonio vt quartam suam saluam habeat. Sed secund⁹ intellectus loquitur in eo q̄ heres nō abstrahit a legatis.

De lege falcidia.

¶ Notandum quarto Q si testator nihil reliquit heredi. tunc heres debz abstrahere a singulis legatis quartam partē. Sed si aliquid reliquit sibi testator tunc debet abstrahere a singulis legatis proportionabiliter vsqz ad supplementuz quarte pris totius hereditatis scilicz quintaz sextam millesimam. ⁊ sic consequenter. Verbi gratia. Si habēs q̄dringētos aureos .legauit quadringētos. abstrahet heres a quolibz legatario quartam partem. Sed si legauerit trecentos et quinquaginta abstrahet a quolibz octauam partez vt hic et ff.eo. l.in quantitate ℣ fina. Sed si testator legauit vltra quantitatē patrimonij sui. tunc vltima legata non sunt omnino re secanda. sed a singulis legatis primo abstrahitur quota fm proportionē quantitatis excedentis patrimonium. verbi gratia Si dictus testator scilicz habēs quadringentos .legauit quingētos. tūc primo a singulis legatis abstrahit quīta pars. ⁊ post hoc adhuc quarta pars. Et sic istud verbum .detrahi. positū hic circa finem textus capitur improprie ⁊ proprie simul. Nam respectu excedentis capitur improprie. quia ab eo quod non est nihil detrahitur. sed respectu eī quod in bonis est capitur proprie. Sic ff.de offi.proconsu.l.ij.

¶ Notanduz finaliter quo ad totū istū titulum q̄ multa sunt legata a quibus non detrahitur falcidia. Primo si filio legata sit legitima nature debita vt.C. de inofficioso testamento.l. sancimus. Secundo si vxori legatum sit instrumētum dotis vt. C.eo.l. predioruṁ.

/Tertio si vxori legata sit dos vt .l.sed si vsusfructus ℣ dos.ff.eo.

/Quarto a legatis in testamento militis iure militari facto vt. C.eod.l.in testamento.

/Quito a legatis ad pias causas vt in aucten.similiter. C.eo. Et hoc est verum si sint legata pro anima. Alias secus vt pro refectione pontium vt.l. imponēda C.eodez.

¶ Sexto si testator prohibuit abstrahi falcidiam. Quecuidem prohibitio potest fieri quibuscunqz verbis ad hoc aptis vt notat pau. de castro. in dicta auctē. similiter.

¶ Septimo non abstrahitur falcidia propter crimen vt si testator instituit heredez et rogauit euz vt hereditatem restitueret filio suo spurio. Et postea legauit multa scilicz vltra dodrantē non potest iste heres abstrahere falcidiaz vt.l etiaz si tacitam. C.eo.

¶ Octauo nō potest abstrahi falcidia a re quam testator prohibuit alienari extra familiaz suam vt in aucten. sed si in ea. C.eodem.

¶ Nono si legauit precia ad emendū seruos. et ad manumittenduz eos ff.de inofficioso testamen.l.papinianus ℣ sed ⁊ libertas.

¶ Decimo si heres sponte legatuz soluit vel etiaz si promisit se integraliter soluturū aucten. sed cū testator. C.eo.

¶ Undecimo si heres non fecit inuentarium vt d.aucten. sed cū testator.

¶ Opponitur sic Et videtur q̄ quātitas patrimonij non debet attendi tpe mortis sed tempore additionis hereditatis per ℣ si peculium.ℨ de legatis

Solutio /Iste ℣ .non facit ad propositum q̄uis glo.hic in principio ℣ q̄ntitas. inducat eum pro contrario. quia ille ℣ . loquitur de augmento peculij legati quod pertinz ad legatarium vsqz ad additionez hereditatis si sit legatū seruo. Sed iste textus loquitur de quantitate patrimonij ad ponendum rationē falcidie.

Liber

De fideicõmissarijs hereditatibus.

Continuatur sic. Promisit d. Justinianus ℔ de legatis.in.ℱ.legatũ.xxxi.ℨ ne in pmis se tractaturuz sepatim de legatis et de fideicõmissis. Cum igitur iam de legatis qualiter scz fiant et qualiter adimunt p testatoz et etiã p.l.falcidiã dictũ sit consequens est vt iam de fideicõmissis dicatur. Et pmo de fideicommissarijs hereditatibus de qbus in hoc titulo. Et deinde de singulis rebus per fideicõmissuz relictis vt in titulo proximo sequenti dicendũ est.

Notãdum circa rubricã q triplex est fideicõmissum. scz singulare generale et vniuersale. Singulare est quãdo testatoz rogat heredẽ vt aliquã rem singularem alteri restituat. Et istud fideicõmissuz omnino exequatur legato. Et ab isto si opus est abstrahitur falcidia sicut a legato et non trebellianica. Nec talis fideicõmissarius compellit heredem adire hereditatem. Sed fideicommissum generale est quando testatoz rogat heredem generaliter aliquas res alteri restituere. vt sic dicendo. tici instituo te heredem. z rogo te vt omnes eqs meos restituas gaio. vt ĩ.l. omne. C.cõmu.delega. Et istud fideicõmissuz siliter exequat legato vt dictũ ẽ de fideicõmisso singulari. ℨ fideicõmissuz vle est qñ testatoz rogat hẽdez totã hereditatẽ vel ptẽ hẽditatis sub noĩe ãte alteri restituere. Et in isto fideicõmisso locũ hñt q infra dicent. Et licz gl. ℨ in pncipio pmi.ℱ.p eodẽ reputat fideicõmissuz generale z vniuersale. hoc potest intelligi verum si generale capiat impropie. alias aũt non est vex. sed est inter hec magna differentia.

Bcdus

Vnc trãseam⁹.

Licz olim tpe pmi augusti fideicõmissa nõ restituebant nisi ex honestate. postea tñ creatus est ptoz dictus fideicõmissarius cuius iurisdictione heredes cõpellebãt fideicõmissa restituere. tunc ibi.in pmis. Et fideicõmissa fiunt hoc modo. vt scz pmo heres instituatur cui cõmittat vt hẽditatem in toto seu in pte alteri restituat. et hoc pt fieri pure vel sub cõditiõe. vel ex certo die. tunc ibi. restituta. Et iste heres sic instititutus etiã post restitutã hẽditatẽ manz heres. ℨz ille qui recipit aliqñ loco heredis. et aliqñ loco legatarij habitus ẽ. Et ideo fm senatusconsultũ trebellianũ dabant ei scz qui recipit hẽditatẽ et in eũ oẽs actiones q̃ iure ciuili cõpetebãt heredi et in hẽdez. ℨz post senatusconsultum trebellianũ iure ptorio dabant ei quasi heredi et in euz quasi in heredẽ solũ actiones vtiles que heredi et in heredem cõpetebant. hoc dicit. z patz intellectus textus.

Notandũ pmo circa.ℱ.nunc transeamus. Qz olim fideicõmissa habebant aliã naturaz q̃z nunc habent. Sed quia nihil antiquitatis ignorandum est vt ℨ de testamen.ℱi. Ideo tractat hic de natura fideicõmissorum quam olim habebant. sicut tamen tunc relinquebantur fideicõmissa illis qui ex testamento nõ poterant cape hereditatẽ vel legata. sic nunc non possunt relinqui fideicõmissa vt spurijs vt ff. de iure fis. l. non intelligitur.ℱ.i. et ij. et iij. et. C. de naturali. libe. l. i. Et ideo sicut tunc heres non cogebatur fideicommissum restituere. sic etiaz nunc non cogitur. si talibus fideicõmissum relinq̃tur. Et tales sunt qui ex testamento capere non possunt. De quibus dictum est supꝛ de lega. in.ℱ.legati in vltimo notabili.

De fideicōmissarijs hereditatibus.

Et licz glo. dicat hic in verbo. nullo. q licz isto iure antiquo fideicōmissarius nō habebat actionē. potuit tñ petere fideicōmissum p officiū iudicis. z allegat l. pecunie verbū §. actiones. ff. de ꝟbor significatio. hoc tñ nō placz quibusdam docto. quia dicitur hic in tex. q tātū ex pudore restituebant fideicōmissa.

¶ Notandū scdo. q heres hodie compellit hereditatē adire p fideicōmissarium et fideicōmissum restituere tribus concurrentib⁹. ꝓmo q fideicōmissarius caueat heredi de restituendo dāno. si aliquid incurrat ex aditione hēditatis vt l. qui poterat ff. eo. scdo q fideicōmissarius sit capax fideicōmissi vt hic in gl. sup ꝟbo. q̄bus. 3° q heres sit rogatus restituere totā hēditatē vel ptem eius z nō res singulares vt §. eo §. si vero.

¶ Notādū tertio circa §. in ꝓmis. q ad sciendū an fideicōmissum valeat sine institutione heredis. sic distinguendus est. Quia aut constat q testator voluit facere testamentū. z tunc nō valet fideicōmissum sine institutiōe heredis vt hic z. l. i. ff. de codicillis. Aut constat q voluit facere codicillos vel fideicōmissuz relinquere ab intestato. et tūc bene valet fideicōmissum sine heredis institutione vt §. eo §. preterea. Aut est dubium. z tunc si fecit mentionez de herede ꝓsumitur q voluit testamentuz facere. Et ideo nō valz fideicōmissum sine heredis institutione vt. C. de testamen. l. nō codicillus. nisi testator tunc expresserit q nō voluit facere testamentū vt l. fi. C. de codicillis. aut alias constaret de sua voluntate vt. l. scevola. ff. ad trebellianū.

¶ Notandum quarto. q licz heres nō potest institui ex certo die vt ē de heredi. instituen. §. heres. Fideicōmissum tamen potest relinqui ex certo die vt hic.

Et ratio diuersitatis est. quia si heres instituretur ex certo die. tūc testator decederet ptim testatus et ptim intestat⁹ contra. l. ius nostrum. ff. de regu. iur. l. z hoc non contingit ex eo q fideicōmissum relinquitur ex certo die.

¶ Notandū quīto circa §. restituta. De ille qui est semel heres semp manet heres. Ex quo elicit q illud quod semel ē semp erit. ff. de minori. l. et si sine §. sed q papinianus. Et hoc est verum in incōmutabilibus. alias nō quia sunt in ppetuo motu vt in aucten. de non alienan. §. nunc aūt. collatio. ij. Et quod hic dicitur q semp manet heres. potest intelligi quo ad actiones dictas. que sunt infixe ossibus suis vt. l. quis ergo casus. ff de peculio. non autem quo ad actiones vtiles vt hic in ꝟsi. post quod.

¶ Notandū finaliter. q fideicōmissarius interduz habet loco heredis. et hoc fm senatusc̄ōsultū trebellianū. interdū loco legatarij. et hoc fm senatusc̄ōsultū pegasianū p quod datur heredi quarta vt postea dicet. Et actiones vtiles z ciuiles transeunt in fideicōmissariū non solū iure ciuili sed etiaz iure ꝓtorio. Et actiones pretorie vt ff. de actio. et obligatio. l. in honorarijs.

¶ Opponitur ꝓmo sic cōtra predicta Et videtur q olim ex senatusconsulto trebelliano non omnes actiones competentes heredi et in heredem dabant fideicōmissario z in eū vt hic dicit in §. restituta p §. ergo. ff. e. Solutio Iste tex. loquitur quando restituebatur tota hereditas. Sed §. ergo loquitur quā do ꝑs hereditatis remansit apud heredem rogatum restituere.

¶ Opponitur scdo Et videtur ad idem Q actiones pretorie nō dabāt fideicōmissario p §. penales. ff. de actio. Do°.

Duplices sunt actiones pretorie. Nam quedā sunt ꝓsecutorie de quibus intelligit̄ qđ dictū est in vltimo notabili. scz ꝙ trāseūt ad fideicōmissariū. ⁊ quedam sunt penales. de quibus intelligitur ff. in oppositū allegatus.

Sed quia heredes.

Quia tñ ꝑ senatuscōsultū trebellianum rogatus restituere nihil retinebat ꝑt̄ qđ sepe recusabat adire hereditatē. Et ita extinguebant fideicōmissa. ideo postea inuētū ē senatuscōsultū pegasianū ꝑ qđ rogatus retinebat q̄rtā ptē. ⁊ onera hēditaria māserūt apud ipm rogatū nisi stipularet a fideicōmissario ꝙ ꝓrata sua onera supportaret. tunc ibi. ergo. Et ꝙ qñ rogatus nō restituebat vltra dodrantē tūc ex senatuscōsulto trebelliano diuidebant onera ꝓ rata int̄ heredē rogatū et fideicōmissariū. scz qñ restituebat rogatus plus q̄ dodrantē. Et volūtarie adibat hēditatē tūc ex senatuscōsulto pegasiano oīa onera māserūt apud ipm hēdez rogatū nisi ꝑ diuisz sibi ꝑ stipulationē. tunc ibi. sed si recuset. Scz si coactus adiuit hēditatē vt restituret tūc ex eodē senatuscōsulto pegasiano sine stipulatiōe oīa onera trāsibāt ad fideicōmissariū. ⁊ in hoc casu cōcurrebāt vtrūq; senatuscōsultū. hoc v.

☞ Notandū ꝓmo circa ff. sed quia. ꝙ sicut p. l. falcidiā detrahit̄ q̄rta a legatis. sic ordinatū fuit olim vt detraheret̄ q̄rta a fideicōmissis ꝑ senatuscōsultū pegasianū. q̄ detractio hodie fit ꝑ senatuscōsultū trebellianū vt dicet̄ ff. eo. in ff. quia stipulationes. Ex q̄ aduertēduz ē ꝙ multiplex est q̄rta. Nā quedā ē que debetur ascēdentibus ⁊ descēdentibus ⁊ q̄busdā collateralibus. q̄ vocat̄ legitima. ⁊ interdū vocat̄ debitū bonorum subsidiū vt. C. de inofficio. doti. l. si to/tas. Et de ista quarta ⁊ quō hodie est aucta ad trientē vel ad semissem. dixi ꝫ de exhēdā. libero. circa ꝓmū ff. in ꝓmo nōbili. Alia ē q̄rta falcidie. de qua dictū est ꝫ in titu. ꝓxi. Tertia ē trebellianica q̄ fuit introducta ꝑ senatuscōsultū pegasianū. Scz hodie attributa est senatuscō sulto trebelliano vt ff. eo. ff. et q̄ stipulationes. Est ⁊ alia q̄rta q̄ debet̄ filio arrogato. de q̄ etiā d. ē ꝫ de adoptio. in ff. cuz āt. Est etiaz q̄rta de q̄ habet̄ in aucten. vt liceat ma. vel auie in duplici casu. ꝓmus ē si quis duxit mulierē in domum suā. ⁊ dixit eā esse suā vxorē postq̄ aūt cognouerit eā expellebat ipaz. ille tenetur dare ipi mulieri q̄rtā ptē bonorum Secus casus qñ vir diues mouit̄ añ vxorem suā q̄ inops ē ⁊ indotata. tūc talis mulier debz habere q̄rtā ptē bonorum. aucten. ꝓterea. C. qñ vir ⁊ vxor.

¶ Notādum sc̄o. ꝙ ex senatuscōsulto trebelliano qñ scz heres rogatus fuit nō plus q̄z dodrātez restituere tūc onēra sine stipulatiōe diuidebant int̄ hēdez ⁊ fideicōmissariū ꝑ rata ptē. Sed qñ rogatus erat plus restituere q̄z dodrantē tūc ex senatuscōsulto pegasiano ncārie erāt stipulatiōes vt fideicōmissarius ꝑ ptē sua onera supportaret. Et int̄dū fiebant stipulatiōes tales q̄les int̄ vendi torē ⁊ emptorē hēditatis solēt fieri. ⁊ h̄ ꝓcipue qñ rogatus erat totā hēditatem restituere. Stipulatio āt int̄ emptorem ⁊ venditorē hēditatis talis ē vt venditor ꝓmittat emptori restituere q̄cquid ad eū ex hēditate puenerit. ⁊ emptor ꝓmittat admittere oīa onera hēditatis. vt ff. de pecu. l. si creditor. ⁊ ff. māda. l. hēdē

¶ Notandū 3°. ꝙ ad sciendū q̄liter hodie onera spectāt ad legatariū. sic distinguendū est. Quia aut legata est ꝑ hēditatis sub nōie quote. Et tūc aut testator dixit. lego ptē hēditatis. ⁊ tūc onera spectant ad legatarium ꝓ ptē sua.

De fideicõmissarijs hereditatibus

Et ita intelligitur .l. cum filius .ff. de lega. ij. Aut dixit. lego bona mea vel ptẽ bonoꝝ meoꝝ. et tũc legatarius nõ ꝓtest supportat onera. sed heres deducit tãtũ ꝙntũ est es alienũ vt .l. ij. ℣. cũ ãt. ff. de lega. ij. Sz si legata sit res singularis tunc legatarius nõ supportat aliq̃ onera. Et hoc verũ si heres de residuo possit debita soluere et fecit innẽtariũ vt notãt in .l. fi. C. de iure deliberandi.

¶ Notãdũ q̃rto circa ℣. sed si recuset. q̃ heres rogatus restituere hẽditatẽ ꝓt recusare additionez hẽditatis. qz habz eam suspectã. et nõ opz q̃ explicet cãz suspitionis qz varie sunt voluntates hoim. Mã aliq̃ nõ volũt subire negocia aliena Aliqui timent vexationes. aliqui es alienũ et q̃ nõ opz explicare causam dicitur in .l. qui poterat. ff. ad trebellianuz Sic etiã ꝓt index recusari tanq̃ suspectus sine explicatione cause. et hoc ẽ verum iure ciuili vt notãt in .l. aptissimi. C. de iudicijs. ¶ De iure tñ canonico si recuseꝰ index ordinarius vel delegatꝰ suspectus. opz explicare causam et tunc eligunt arbitri qui cognoscũt de causa suspitionis et nõ de causa principali vt in .c. suspitionis. et̃ de offi. iudi. delega. z in .c. sc̃o requiris. et in .c. cũ speciali. et̃ de appella. Et cã suspitiõis ante oĩa debet ꝓponi. qz si ꝓponerentur ꝓs aliq̃ exceptiões tũc ꝓponẽs videret in iudicem cõsentire vt notãt p̃ bar. in .l. q̃daz cõsulebãt ff. de re. iudica.

¶ Notãdũ finaliter. q̃ qñ heres rogatus cogebat adire hẽditatẽ z restituere tũc cõcurrebãt ambo senatuscõsulta scz trebellianũ et pegasianũ. Mã ex trebellia/no nihil habebat heres rogatus restituere. Et ex pegasiano cogebatur adire z restituere.

Sed qz stipulatiões

¶ Sũmat sic. Reiecto senatuscõsulto pegasiano hodie heres rogatus restituere plus q̃z dodrãtem hẽditatis retinet q̃rtã vel supplemẽtũ eius vel repetit eã si totũ fideicõmissuz soluerit actionibꝰ ꝓ rata ꝓte diuiꝺ inẽ hẽdẽ z fideicõmissariũ. Et si volũtarie restituit totã hẽditatẽ nõ volẽs habere q̃rtã. tũc oĩs actiones trãseũt ad fideicõmissariũ et contra eũ. Et si heres noluerit hereditatez adire cogiẽ eã adire z restituere. et tũc nõ hz lucrũ neq̃z dãnũ. Et istud totũ fit ex senatuscõsulto trebelliano. tũc ibi. nihil interest. Et qõ dictũ ẽ de hẽde instituto in asse rogato totã hẽditatẽ vel ptem eius restituere. Idẽ dicẽdũ ẽ de hede instituto i ꝓte hẽditatis. z rogato totã illã ꝓtẽ. vel ꝓtẽ illius ꝓtis in q̃ instituꝰ est restituere. hoc dicit, z ptz intellectus textus.

☞ Notãdũ ꝓmo Dñs Justinianꝰ reiecit senatuscõsul. pegasianũ ꝓpt̃ duo. Primo qz stipulationes q̃ ex eo fiebãt fuerũt captiose in q̃busdaz casibus vt hĩ dicit. scz ꝓpt̃ solẽnitatẽ ỽboꝝ in eis obseruãdã. Etiã qñ fideicõmissarius non fuit soluẽdo. fuerũt stipulationes ille inutiles. Vel ꝓt etiã dici q̃ iste stipulationes fuerũt captiose. qz interdũ fiebant stipulationes sicut inẽ hẽdem z ptialez legatariũ. z inẽdũ sicut inẽ vẽditorez z emptorẽ hẽditatis vt ℣ eo. in ℣. ergo. Et ista faciebãt heredi magnã difficultatez Sc̃o qz difficultas ꝓueniẽs ex multiplicitate est in legibꝰ vitãda. Et simplicitas ẽ amplexãda. ad qõ iste tex. sepe alle. sic ℣. de legit. agnato. succes ℣. nos vero. Et ꝑ simplicitatẽ intelligiẽ hic rectitudo hoĩs ad ꝓcedendũ bona fide. z nõ fatuitas vt in .l. seruus. ff. qõ vi aut clam. Sic etiã veritas ẽ amica legibus vt c. veritatis. et̃ de iureiurã. Et dolositas seu falsitas est inimica legibus vt ff. de dolo. l. i. nisi esset bonus dolus vt notãt in d. l. i. Et ex isto tex. elicitur q̃

allegationes sunt in sententia repeten/ de. quia Justinianus hic dicit causaz q̄/ re reiicitur senatusc̄o sulti pegasiani. fa cit. l. ij. C. de senten. ex pericu. recitan.

Notandum sc̄o. q̄ heres rogatus restituere plus q̄z dodrantē hereditatis hodie retinet quartā. ex senatusc̄o sulto trebelliano. Et ideo nūc vocaē trebel/ lianica que prius dicebaē pegasianica. t sicut falcidia retineē deducto onere he/ reditatiz vt ē titulo proximo. ff. Sic etiā trebellianica vt. l. sine scriptura. C. ad trebellia. Et retineē ista quarta etiā cōtra volūtatē testatoris vt. C. ad legē falci. l. si vt allegatis. et hoc iure isto et iure Codicil. nō aūt sic iure auctenticoz vt in auctē. de heredi. et falci. ff. si vero expresse. colla. i. Et sic etiā tenet bar. in l. marcell⁹. ff. ad trebellia. vbi etiā vult q̄ heres retinet istā quartā. licz non fe cit inuētariū. et hoc dicit in d. l. marcel/ lus. in. ff. quod aūt. Et licz Johā. an. in. c si pater. de testamen. in vi. videaē velle q̄ ista quarta trebellianica etiā detrahi tur ex fideicōmisso ad pias causas. bar. tamen in d. l. marcellus dicit contrariū quia in quibuscunq̄z cessat falcidia etiā cessat trebellianica et ad hoc allegatur dl. marcellus.

Notādū tertio. q̄ sicut heres soluēs integre legata p̄ errorem facti et nō iu/ ris si sint vltra dodrātē repetit ea vsq̄z ad quartā suā. Sic etiā fit repetitio ex fideicōmissis vt. C. ad le. falci. l. error. t hoc vult hic tex. q̄n dicit. vel repetē so/ lutum.

Notāduz quarto. q̄ heres rogatus restituere pōt ante restitutionē credito ribus t legatarijs petētibus soluere. t tantū de hēditate retinere q̄ntuz soluit si sc̄z soluit de suo. Et si tn̄ totā hēditatē rogatus est restituere pro quarta parte sua nihil teneē creditoribus vel legata rijs. Si tamen institutus sit in aliq̄ quo ta hereditatis tunc teneē pro quota sua creditoribus t non legatarijs nisi quo ad illud quod habet sup̄ quartā. vt no/ taē in. l. i. ff. ff. eo.

Notandum quinto. Q̄ restitutio p̄t fieri re et v̄bo. Re hoc modo sc̄z si pmit tat heres fideicōmissariū possidere t te nere hereditatem vel heres hereditā/ rias eo animo vt sint sibi restitute. Ver bo sic. vt si dicat heres. sum contētus q̄ habeatis talez hereditatē vel tales res licz corpaliter nō tradam vobis. Et p⁹ restitutionē est fideicōmissarius domi/ nus t nō añ. ff. ad trebellia. l. facta. quia añ restitutionem heres oīa facit. etiam manumittit seruos. quod non faceret si alius essz dominus. vt. l. marcell⁹. ff. res. ff. ad trebellia. In duobus tamē casib⁹ fideicōmissarius ē dn̄s añ restitutionē p̄mus si heres sit absens. sc̄o si testator decedit sine hēde. l. sancimus. C. ad tre/ bellianū.

Notādum sexto. Q̄ quādo heres ro gatus cogitur adire hēditatē t restitue re tunc fideicōmissarius debz ei cauere de indēnitate nō solum in presenti. sed etiā in futuz vt ff. eo. l. cum hēditas. Licz etiā heres de futuro habeat exceptio nē vt ff. eo. l. i. ff. quā q̄z. Et petiē ista cau/ tio p̄ officium iudicis. Si fideicōmissa/ rius vniuersalis compellat hēdē adire t restituere. Non aūt si sit fideicōmissa rius singularis vt ff. eo. l. nam quod. ff. non omnis. Idem est si procurator ip⁹ fideicōmissarij cōpellat hēdem. Et nō sufficit cauere de rato. Et quo p̄z q̄ li/ cz hēditas non pōt adiri p̄ procuratorē vt. l. paulus ff. de acquiren. hēdita. fidei cōmissum tn̄ pōt peti p̄ procuratorē.

Notandum finaliter circa. ff. nihil. q̄ fideicōmissarius potest compellere he/ redem institutum in parte hēditatis vt adeat t restituat sicut institutuz in tota hereditate. Sed in hoc casu debz iste fi/

deicõmissarius recipe totaz hereditatẽ ex quo heres eaz nõ vult habere. quia timet onera. Sic etiã si sunt duo fideicõmissarij. ꝛ vnus vult cõpellere hẽdẽ ꝛ alius nõ vult. tunc cõpellens similiꝫ debz recipe totã hẽditatem vt. l. cogi. ℌ. si quis heres. ff. ad trebellia. Et ex isto ptz ꝙ idẽ ẽ de pte quo ad ptem sicut de toto quo ad totuz. ka. l. que de tota. ff. de rei vendicatio.

☞ Opponiꝫ ṕmo cõtra p̃dicta Et videꝫ ꝙ fideicõmissarius añ restitutionẽ facta sit dñs fideicõmissi p. l. fina. ℂ. cõmu. de lega. vbi dicit ꝙ daꝫ sibi rei vendicatio que solũ daꝫ dño. ¶ Solutio Illa lex loquit de fideicõmissis post restitutionez. vel p̃t dici ꝙ loquitur de rebus alienatis ad quas daꝫ fideicõmissario vtilis rei vendicatio añ restitutionez. ꝛ hoc est speciale.

¶ Opponiꝫ scõo Et videꝫ ꝙ nõ sit idẽ de toto ad totuz. sicut de pte ad ptẽ p. l. ex mille ff. de euictio. ¶ Solutio Istud intelligiꝫ quando vtrinqꝫ est eadez ratio. ꝛ sic nõ ẽ in illa. l. ex mille. qz euicta vna pte põt alteri accrescere qõ nõ ẽ euicto toto. quia nihil remanet cui posset accrescere.

Si quis vna Heres instituꝫ cui relinquit certa res vel quãtitas licz cõtineat maiorẽ ptẽ hẽditatis rogatus restituere reliquã ptẽ hẽditat. habebit illam rez vel quãtitatẽ sine aliquo onere hereditario. Dz oĩa onera trãsferũtur ad fideicõmissariũ. Dz si sibi relinquaꝫ ps hẽditatis p modum quote tũc tenet ad onera hẽditaria pro rata sue partis. tunc ibi. preterea. Et p̃t fideicõmissum relinqui ab intestato. Et sicut aliqs põt rogare instituꝫ vt alteri restituat in toto vel in pte illud in quo institutus est. ita p̃t rogare fideicõmissariũ. i. illum cui restituit vt ille vlterius similiter alteri restituat. tunc ibi. ꝛ quia ṕma. Et si fideicõmissuz relictũ sit nõ in scriptura vel coraz pauciorib9 testib9 q̃ quinq̃ Et heres negat fideicõmissum relictũ esse tũc fideicõmissarius p̃t deferre heredi iuramẽtũ. Dz ipe fideicommissarius ṕmo debz iurare de calũnia. ꝛ tũc heres debz iurare ꝙ nihil audiuit a testatore de isto fideicõmisso. Et si nõ velit iurare cogit soluere. nec ꝑdest sibi ꝙ confugiat ad subtilitatez iuris. ꝛ dicat testm nõ fuisse solẽne. ꝛ ideo nõ debere solui. hoc dicit.

☞ Notãduz ṕmo circa ℌ si quis vna. De aliqs p̃t instituꝫ heres in re pticulari seu certa vel in certa q̃ntitate. ꝛ tunc ille habeꝫ loco legatarij vt. ℂ. de hẽdi. instituen. l. quotiẽs. qõ vez ẽ si sit alius coheres cui scz hẽditas ptinz. Nã si nõ esset alius coheres tũc institutus in re certa esset heres vlis vt ff. de hẽdi. instituen. l. i ℌ fi. Et trebellianica etiã hz locuz in isto herede pticulari vt. l. si legatus ℌ multũ interest. ff. eo. Et ideo si ista res certa sit minoꝛ q̃ q̃rta. tunc p̃t peteꝫ vel retinere vsq; ad supplemẽtum vt. ff eo. l. i ℌ si heres ex pcepto. Et iste nõ tenet ad onera nisi q̃ps fideicõmissarij ad illa sustinẽda nõ ẽ sufficiens. Nam tunc ex equitate tenetur ad subsidium. vt supẽ eo. circa ℌ et quia stipulationes. tactum est in quarto notabili. Et si iste cogaꝫ hẽditatem adire et restituere tũc perdet illam rem que sibi relicta est. vt. l. ita tamẽ ℌ pceptis. ff. eo. Et ex isto patet ꝙ trebellianica põt deduci in re aliqua certa ex iudicio testatoris Hoc etiã potest fieri ex voluntate fideicõmissarij. vel etiam per declarationem iudicis assignantis vnam rem pro commodiori diuisione. vel etiam si in alijs rebus nõ posset cõmode diuisio fieri. quia scilicz sunt incorpales vt notatur in. l. filiũ. ℂ. famil. herciscun.

Notanduz scdo circa ℣ preterea. Qz venientes ab intestato pñt grauari per fideicõmissuz. quia pñsumit̃ q ipi hñt hereditatẽ ex tacita volũtate defuncti qui potuisset eã eis auferre et nõ fecit vt. l. cõficiunt̃ ℣i. ff. de iure codicillo. Et põt istud fideicõmissum fieri nõ solũ sub nomine ꝓprio. sed etiam sub noĩe appellatiuo. vt dicẽdo. quisq̃s mihi heres erit. ille restituat totã hẽditatẽ vel ptẽ vel illã rem tali. ꝛ p hoc intelligunt̃ hẽdes nõ solũ iam nati sed etiã nascituri. vt. l. si quis. ff. de iure codicillo.

Notandũ tertio Qz istud qđ dicitur in tex. hic cũ alio quin sine testamẽto legata nõ valeãt vt mihi apparet sub correctiõe. põt sic exponi. q legata isto modo pñt relinqui sine testamẽto et nullo alio modo. qz dicit̃ nõ valeãt. ꝯ glo. sup illo ℣bo. nõ valeãt. dicat aliũ intellectũ et etiã quidã docto. dando talẽ expositionẽ q istđ dicat̃ nõ iure ffroz. seu Institutionũ ℔ iure antiquissimo.

Notãdũ quarto Qz aliq̃s pt onerari in tantũ in quãto ẽ honoratus. ꝛ nõ plꝰ vt ℣. titulo proximo ℣i. et. C. cõmu. de lega. l. i. Et ideo fideicõmissarius pt rogari vt alteri restituat. ꝛ si sit fideicõmissarius pticularis nõ detrahit trebelliani caz vt d. l. i. Secꝰ si sit vlis vt notat̃ in l. penul. ℣fi. C. ad trebellia.

Notandũ quito circa ℣ et qz pma. Qz licz in testamẽto requirant̃ septẽ testes vel plures. vt ℟ de testamen. ℣i. d. est. tñ in codicillis vel alia vltima voluntate vt in legatis vel fideicõmissis. vel in donatione causa mortis sufficiũt quiq; testes. C. de codicil. l. fi. ℣fi. et hoc iure ciuili. Jure aũt canonico in oĩbus istl. sufficiũt duo testes vt notat̃ in c. cuz esses extra de testamen. Et ratio diuersitatis. ẽ quia ius canonicũ attendit legem euãgelicã ꝛm quã in ore duoz vel triũ stat omne testimonium. Quia presumit̃ homines non velle mentiri. Sed ius ciuile attendit cupiditatem hominũ ꝓpter quã multa falsa et frandes cõmittunt̃. et maxime in testamẽtis. vbi agit̃ de hereditate. Et ideo ꝛm illud ius ciuile requirunt̃ plures testes. quia licz vnus vel duo vellent cõmittere falsitatez. põsumit̃ tñ q nõ omnes in tãto nũero velint illud malũ facere. Et ita notat̃ p glicẽ. in sentẽtia in d. l. fi. C. de codicillis

Notanduz finaliter Qz qñ heres negat fideicõmissuz esse relictũ. tũc fideicõmissarius ꝓmo debz iurare de calumnia qđ quidẽ iuramentũ olim fiebat in quolibz casu. et in quolibz capitulo vt. C. đ iuramẽ. calũ. l. ij. Hodie tñ sufficit semel fieri. vt in auctẽ. de his qui ingredũtur ad appellan. ℣fi. colla. v. Et tunc ipe fideicõmissarius defert heredi iuramẽtuz. vt ipe sez iuret q nihil audiuit a testatoze de isto fideicõmisso. Et si nõ velit iurare cogitur soluere. et ita est ℔ casus vbi q̃s cogit̃ iurare vel succũbere.

☞ Opponitur ꝓmo sic Et videtur q iste heres nõ debet cõpelli ad iuranduz quia iuramentũ nõ dat̃ inuito vt. C. de iureiuran. l. fi. | Solutio | Illa lex verum dicit regulariter. sed in isto casu est speciale. Et ratio specialitatis est ne depereat vltima voluntas testatoris que est multum fauorabilis.

Opponitur secundo Et videtur q non bene dicitur hic q legata vel fideicõmissa sunt soluenda ꝯ relicta sunt in testamento minus solenni. p. l. si veritas. C. de fideicõmis. | Solutio | Illa lex loquitur quando heres in principio confitetur legata vel fideicõmissa esse relicta. quia tunc non tenetur si testamentum sit minus solenne. id ẽ deficiat in substantialibus testamẽti. quia

tunc est nullum. Sed iste textus loquitur quãdo ꝓmo negauit aliquod esse relictum. et postea confitet vel vincitur probationibus. Sed dicit tunc ꝙ testamentũ nõ fuit minus solẽne. Et licz ex testamento tali nõ teneret modo tñ tenet ꝓpter mendaciũ suuz vt in aucten. de trien. et semis. ℣ studiuz. et ℣ hoc modo. collatio. iij.

¶ Põt ãt iste titulus comprehendi q̃busdaz breuibus cõclusionibus. Quarꝫ ꝓma ꝙ tpe primi Augusti fideicõmissa inceperũt solui ex necessitate quia ꝓus nõ soluebant nisi ex honestate vt in. ℣ ꝓmo. Secũda cõclusio est ꝙ fideicõmissuz est qñ heres instituit qui hẽditatẽ totã vel ptem pure vel sub cõditione alteri restituere rogat. ℣ in ꝓmis. Tertia ẽ ꝙ olim ꝑ senatusco̅sul. trebellia. rogat⁹ restituẽ totã hẽditatẽ nihil recipiebat t oẽs actiones ad fideicõmissariũ trãsferebant. et postea vtiles tantũ. ℣ restituta. Quarta ẽ ꝙ ideo inuentuz est senatusco̅sultũ pegasianũ ꝑ qđ rogatus detraxit q̃rtã. Sz onera manserunt apud ipm rogatũ. nisi sibi prouideret ꝑ stipulationẽ de oneribus diuidendis. ℣ et qz heredes. Quinta cõclusio est. ergo quando quis rogatus fuit nõ plus q̃z dodrãtem restituere ꝑ senatusco̅sultũ trebellia. diuidebant onera pro rata inter rogatũ et fideicõmissariũ. Sed qñ rogat⁹ fuit plus q̃z dodrantem vel totã hẽditatem restituere et volũtarie restituit habebat q̃rtaz cum aduersus stipulationis de oneribus diuidẽdis. ℣ ergo. Sexta est ꝙ quando rogatus nolebat adire hereditatem et restituere tunc cogebatur ꝑ pegasianum et non habebat lucrum neq̃z damnum. sed omnia onera trãsferebantur ad fideicommissarium. ℣ sed si recuset.

Septima est ꝙ auctoritate Justiniani detractio quarte et compulsio de hereditatis aditione fiunt ex senatusconsul. trebellia. Excluso totaliter pegasiano ℣ et quia stipulationes.

Octaua est ꝙ instit⁹tus in ꝑte hereditatis et restituere rogatus proportionabiliter detrahit quartaz. sicut institutus in asse. et etiã sic cõpellit. ℣ nihil.

Nona conclusio est ꝙ cui relinquit certa res vel quantitas vt reliquaz hereditatem restituat non sustinet aliqua onera. Sed si sibi relinquit quota habet subire onera pro rata sua. ℣ si quis vna

Decima conclusio est ꝙ fideicõmissum potest ab intestato relinqui. et fideicõmissarius potest grauari vt fideicõmissum restituat alteri. ℣ preterea.

Undecima et finalis cõclusio est ꝙ negans fideicõmissum esse relictum compellitur iurare vel soluere prestato ꝓus ꝑ fideicõmissarium iuramento calumnie. ℣ et quia ꝓma.

De singulis rebus per fideicommissuz relictis.

¶ Continuatur sic. Dictum est supꝝ de fideicõmissis vniuersalibus. hic consequenter tractatur de fideicõmissis specialibus seu singularibus. Et ideo rubricatur iste titulus. de singulis rebus.

Potest autez quis etiaz singulares.

¶ Summatur sic. Res singulares tam proprie q̃z aliene possunt ꝑ fideicommissum relinqui ab herede vel legatario prestande q̃uis a legatario non possit legatum relinqui. Et potest legatarius

vel fideicōmissarius grauari vt nō solum illam rem que sibi relinquitur restituat.sed etiam aliam suam vel alienā Et nemo potest plus grauari q̄ honoratus est.tūc ibi.cum aūt aliena,Et q̄n relinquitur p̄ fideicōmissum res aliena cogitur rogatus illam rem acquirere.t fideicōmissario dare.vel estimationem ei⁹ soluere.potest etiā libertas tā seruo proprio q̄ alieno p̄ fideicommissum relinqui.t si relinquat alieno scz seruo cuius dominus non vult euz vendere ad quod etiā non cogitur nisi ipi dño sit aliquid relictum vt illū seruuz vēdat ab eo qui voluit seruū esse libez tamē nō extinguit fideicōmissuz sed differtur q̄ forte alio tempore iste seruus erit venalis.tunc ibi. qui aūt. Et seruus manumissus ex fideicōmisso non fit libertus testatoris sed manuxittentis.Sed si directe detur libertas ex testamento tunc fit libertus testatoris.et vocat orcinus ad quod requirit q̄ sit seruus testatorl. tpe factionis testamenti et tpe mortis testatoris.Est enī directa libertas que nō dat p̄ aliuz. Et sunt ꝟba fideicommissi.peto.rogo.volo,mando. fidei tue cōmitto.Quoz vnūq̄dq̄ tātū valz q̄ntum omnia simul. hoc dicit.

☞ Notandū p̄mo. q̄ licz hic dicat q̄ a legatario legari nō p̄t hoc nō est verum hodie. ꝫ iure antiquo q̄n legata et fideicōmissa nō erant exequata.Mā hodie quilibz habens cōmodū p̄t grauari vt.C.cōmunia de lega.l.i.ꝟfi.

Si aũt reus iurat aut hoc est in actiõe ꝓsonali aut reali. Si ꝓsonali dat sibi exceptio. Si in reali tũc aut iurat rẽ non esse petẽtis ⁊ hz exceptionẽ tm̃ aut iurat rem esse suã. et datur sibi actio contra deferentez tantũ vel successorẽ ei⁹ et nõ cõtra tertiũ. q̃ idẽ est de iuramẽto et de re iudicata seu sententia. Et iõ sicut sententia inter aliquos lata non nocet alijs/ sic etiaz nec iuramentũ vt. l. ij. ff. eo. Et hoc verz est si actio detur ex delatione iuramenti tm̃. Naz si ex iuramento res sit tradita tũc dat publiciana cõtra quẽlibz possessorẽ si iurauit rẽ esse suam vel quasi suã/ q̃ iuramentum est sufficiens causa traditionis vt. l. nã postea ℣ fina. ff. eo.

Notandũ q̃rto q̃ licz aliqui dixerũt hãc actionẽ nõ dari si secuta sit sententia ex iuramento/ quia tunc datur actio ex sententia/ sed cõtrarium verius est ꝼm docto. cõiter quia nõ est inconueniẽs cõcurrere duas actiones vt. l. non est nouum ff. de actio. emp. et vendi. tũ semel tantũ fit exactio. vt ff. de ℞hoz obliga. l. qui bis.

Notandũ finaliter q̃ libellus in hac actione debet sic formari vt actor dicat qualiter petebat x. a ticio in quibus dixit ticiũ esse debitorẽ suũ sed ticius detulit sibi iuramentũ q̃ quidẽ iuramentum ipe actor ꝓstitit ꝼm formã sibi delatam. Nihilominus ticius adhuc recusat soluere quapropter petit actor a iudice vt declaret ticiũ debere sibi solueꝛe ꝓdicta x. vigore iuramenti prestiti Et hoc precipue q̃n iuratum est informiter. Nã si formiter iuratum sit tunc libellus formaꝛ diuersimode ꝼm naturas diuersaz actionũ et factoꝝ circa q̃s vel que tale iuramentũ contingit. Et de formis libellorũ in hac actione latiꝰ notaꝛ ꝓ spe. in titulo de iureiurã. ℣ si. ℞ si porro.

Opponit primo sic Et videt q̃ quando reus iurauit rem esse suam vel quasi non datur publiciana cõtra quẽlibz sicut dictũ ẽ in tertio notabili circa finez p. l. eũ qui. ℣ si petenti. ff. de publicia.

Solutio Illa dictio dũtaxat q̃ ponitur in illa lege solũ excludit dñm. quia publiciana nõ dat contra dñm vt. l. peꝛnulti. ff. de publi.

Penales, Sũmaꝛ sic. Contra corrumpentem aliq̃ scriptũ in albo ꝓtoris datur actio ꝓria in factũ et penalis. hoc dicit. Et ptz intellectus ter.

Notandũ primo: q̃ hic tractat dñs Justinianus de actionibus penalibus Et differunt iste actiones ab actionibꝰ psecutorijs rei. quia actiones penales ꝓrie sunt annales excepta actiõe furti vt ℣. de ppe. et tpa. actio. in principio. hz actiones rei psecutorie sunt ppetue vt l. in honorarijs ff. de actio. et obliga. secundo q̃ actiones penales sunt odiose sed rei psecutorie nõ vt. l. interꝓtatiõe ff. de penis. tertio q̃ actiones penales nõ transeunt ad heredes/ nisi ꝗtenus aliquid ad eos puenit/ vel nisi lis contestata sit cũ defuncto vt. C. ex delic. defuncto. l. i. Sed actiones rei psecutorie trãseunt ad heredes vt. l. tam ex cõtractibus ff. de actio. et obligati. ꝗrto quia in actionibus rei psecutorijs vno soluẽte alius liberaꝛ. Non aũt sic in actionibus penalibus si sint penales ex vtraq̃ pte scz actoris et rei et ex delicto. Nam si essent penales ex quasi delicto vel essent penales ex pte actoris/ et psecutorie ex pte rei vt actio de calũniatoribus vel etiã si essent psecutorie ex pte actoris/ et penales ex pte rei vt actio legis aquilie. tũc vno soluente alius liberaꝛ vt. l. ꝓceptione ff. de his qui deiece. vel effude. ⁊ notaꝛ ī. l. licz ℣ fi. ff. nau. caupo. stabula. Hoc tm̃ q̃ dictũ est de penalibus ex vtraq̃ pte. fallit in quibusdã administratoribus q̃ si plus debito recipiũt delinquũt. Hz non hz quilibz soluere

De actionibus

aucten. vt liceat ma. ꝛ auie. ℌ i. colla. viij ℌz qñ filꝰ hz actionem cōtra eñ eum tunc li sit in ptāte pater agit et iurat de calūnia. vt C. ō iuramento calū. l. ij. Et si filius agat tm̄ nō iurat nisi de ꝓsensu patris vt C. de bo. que libe. l. fina.

Item aduersus Actio ī factū ꝓtoria et penalis etiā dar cōtra eū qui vi eximit vocatū in iudiciū. aut qui dolo facit q alius eū eximat. Et preter dictas actiōes sunt adhuc ꝛnumerabiles actiones pretone in factū. hoc d. Et pz intellectus ter. vsq; ad ℌ ꝓiudiciales.

☞ Notandū primo. q ista actio dar si feci aliquē vocari ad iudiciū. et tu tenuisti illuz p vim aut dolo fecisti vt alius eū teneret Nā tūc iurabo in litez vt tu prestes mihi. quātū mea ītereſt. quo ad opas meas. et q̄ ad salaria aduōtorū Et nō ista actio ē penal' ex ꝑte actoris ꝛ ex ꝑte rei. Ex ꝑte actoris ei. q; ꝑt plꝰ iurare q̄z in veritate est Et ex ꝑte rei. q; ipa soluit ꝛ nihil recipit. vt ff. ne q̄s eū q̄ in ius vocatꝰ ē vi eximat. l. penul. ℌ i.

¶ Notā. ij. q ista actō descēdit ex edicto ne q̄s eū q̄ in ius vo. est vi eximat. Est autē aliꝰ ti. de eo p quē factū ē. ne q̄s in iudicio sistat. Qui drūt ab inuicē Naz actio descendēs ex ꝓmo edicto ē penal' ex vtraq; ꝑte. vt dictū ē. Sed actio descendens ex scō edicto tantū ē penal' ex ꝑte rei. vt ff. de eo p quē factū ē. l. fi. Scō differūt ista duo edicta. q; ꝓmuz dar actori. vt l. iij ℌ eximē. ff. ne q̄s eum q̄ in ius vo. est vi eximat. scōm dar actori et etiā vocato. vt ff. de eo p quē factū est. l. i. ℌ si reus. Tertio differūt. q; actio ex ꝓmo edicto dar añ satisdationē. et pꝰ vocationē in ius. ℌz actio ex scō edicto nō dar nisi pꝰ satisdationē. de iudicio sisti. vt ff. de ꝓto. stipula. l. i. ℌ i. Quarto differūt. quia in primo edicto requiritur vis. in scō nō. vt ff. de eo p quē factū est l. i. ℌ i. et ff. ne quis eū qui ī ius vo. est vi eximat l. i.

¶ Notandum tertio. q ista actio locuz non habet. nisi qñ libellꝰ oblatus ē prīcipi. vt fiat litis contestatio. vt C. quā do libellus oblatus principi lit. cōtes. facit l. i. vel alias lis contestata ē Nam p solam citationē ista actio nō habet locū. vt notatur p bar. in l. fi. ff. de eo per quē factum ē.

¶ Notandum quarto. q adhuc sunt innumerabiles actiones in factuz ꝓtone. Non ideo quia numerari non possunt ℌz q; difficulter enumerari possunt. vt ff. de ℣. sig. l. nepos ꝑculo. Et ꝑñt aliq̄ enumerari preter eas que dicte sunt vt est actio in factū de calūniatoribus. vt ℌ eo ℌ quadrupli. et actio quod metus causa et furti manifesti. et serui corrupti. vt ℌ eo ℌ omnes autem actiones. Similiter etiā est actio de effusis et deiectis ꝛ appenſ. vt ff. de his qui effude. vl' deiece. l. si vero ℌ pretor.

¶ Notandum finaliter. q bellus ī ista actōne potest sic formari vt actor dicat qualiter vocauit reū ad iudiciū. sed ticius tenuit euz vel dolo fecit vt alius teneret eū ne compareret in iudicio ꝙ quod damnificatus est actor in tāta sūma. et ideo petit vt talis impeditor seu detentor condemnet in tali sūma. quā ipse iuranit salua tū taratione iudicis.

Preiudiciales Tres sūt actōnes ꝓ iudiciales in rem. scz de libertate ꝛ seruitute. de libertinitate et ingenuitate. et de ꝑtu agnoscēdo Inē quas vna tū est ciuilis et alie due sūt ꝓtone. hoc di.

☞ Notādū ꝓmo. q actōes dicūt ꝓiudiciales tripliciter. Primo. q; sūt actiones ꝓncipales et alie accessorie. scō. q; ssīa in illis actionib' lata parit exceptionē rei iudicate in alijs actiōib'. tertio q; mouent circa statū hoīs et h̄ mō loq̄tur iste ℌ de ꝓiudicialibus. Et q̄uis ñ sp ꝓiudicāt. dicūt tñ ꝓiudiciales q; ap tenate sūt ꝓiudicare sicut impator dicitur augustus q; debet augere imꝑium

vt dictum est in rubrica pemĩ huius libri.

¶ Notandum secõ. q tres sunt actões pindiciales Quar prima est. q̃ queritur An quis sit seruꝰ an liber Nã ista actio datur dño contra eũ q̃ negat se esse seruũ. vt ff. de liberali causa l. liberis ℣ fi. Secõa dicit de ingenuitate. qua scilicet queritꝰ an quis sit libertus an ingenuꝰ et dat patrono ꝓtra eũ qui negat se eẽ libertũ. vt ff. de sta. hoĩm. l. ingenuum. ¶ Tertia dicit de ꝓtu agnoscendo. q̃ queritur. An q̃s sit filiꝰ vel nõ. et datur patri contra eũ qui negat se esse filiũ Nã pat hz mlta iura in filio. vt ĩ. de pa. potestate ℣ ius autẽ. Ad petendũ ergo talia iura datur ista actio. vt ff. de liberis agnos. l. i ℣ iulianꝰ. Est tñ eẽ alia actio q̃ dat cõtra filiũ q̃ ẽ in ptãte et se negat esse filiũ vel detinet ab aliq̃ q̃ non dicit se habere ius in filio. ꝛ ista actio non ẽ pretoria sicut ꝓcedens. sed ẽ de iure ciuili. et dr esse rei vendicatio de iure q̃ritũ Nam pr nõ habet dominiũ in filiũ vt lege. inter stipulantẽ ℣ facta. ff. de ℣. ob. ꝛ ideo pater nõ ꝓt ꝓprie filiũ vendicare. nisi cũ addito. de iure quiritũ. Sic etiã abbas ꝓt vendicare monachũ d iure canonico. vt notat in g. et p bar. in l. i ℣ p hanc. ff. de rei vendica. Sed si quis detineat filiũ et dicat se hrẽ ius ĩ illũ datur alia actio que vocat de liberis exhibendis. vt ff. de libe. exhiben. p totum.

¶ Notandum tertio. q̃ sicut domĩo patrono et patri datur actio ꝓpudicial' cõtra seruũ libertũ vel filiũ Sic etiã ecõtra datur actio suo cõtra dñm. qua petit se ꝓnũciari liberũ et liberto contra patronũ q̃ petit se declarari ingenuũ. ꝛ filio ꝓtra patrẽ. q̃ petit se declarari nõ esse filiũ. vt C. d ingenuis manumissis l. diffamari. Et tamẽ iste actiones nõ dicunt contrarie sicut in actione depositi mãdati. cõmodati. et similib⁹. quia h nõ ꝛepitur in iure. q̃ scilicet iste actiones dicantur contrarie.

¶ Notandũ quarto. q̃ contra ascripticios vel colonos bene dant actões prejudiciales vtiles vt in auctẽtico. de sanctissimis episcopis ℣ ascripticios. colla. ij. Non em̃ dant directe. quia isti non sũt serui. q̃uis in aliq̃bus assimilant seruis vt C. d agrico. et censit. l. ne diutius. ꝛ i. xi. Et dantur ascripticijs vel colonis contra dños contrarie. vt C. ex quibꝰ causis coloni censiti dominos accusare possunt. l. i. li. xi.

¶ Notanduꝫ quinto. q̃ ad pstationes longo tempore fcãs imploratur officium iudicis. vel petunt ex longa cõsuetudine. vt si q̃s soluit alicui multis annis par caponũ ille potest petere soluti onẽ et allegabit longã consuetudinẽ ꝓ titulo. vt l. cum de indebito ff. de ꝓba. et ĩ g. ã l. ij ℣ circa. C. de doli exceptione ¶ Qualitas tamẽ ꝓsone posset obstaꝛ. vt si quis dedisset longo tempore singulis annis alicui nobili. et potenti vnũ par caponũ. ꝓsumitur. q̃ h nõ fecit iure. sed ex liberalitate ad pstituẽdũ illũ amicũ suũ vt in g. in l. solet. ff. de offi. ꝓconsul. et lega.

¶ Notandum finaliter. q̃ in actione pjudiciali de liberali causa debet sic formari libellus. vt actor dicat talez esse fuũ suũ. et ideo petit vt iudex ꝓnũciet eum esse fuũ et vt faciat omnia q̃ fuus tenetur facẽ dño suo. Sic etiã eꝑ si fuꝰ petit se esse liberũ debet dicere in libello. quatenus talis inq̃etat eũ volẽs eũ esse seruũ suũ cũ tñ non sit et ideo petit declarari se liberũ. Similiter in actione de ingenuitate debet sic formari libellus. vt actor dicat talem esse libertum suũ. et ideo petit eũ declarari libertum et teneri ad omnia iura in quibus libertus tenetur patrono Et sic etiã ecõtra libertꝰ si se dicat esse ingenuũ Et ĩ actione de ꝓtu agnoscẽdo debet sic formari libellus vt actor dicat talem esse filium suum. et ideo petit eum declarari filiuꝫ et obligatum esse ad omnia iura in qui

bus filius tenetur patri. de istis formis libellor vide latius in spe. in ti. de na. ex li. ven. ☞ oportet vsi. sepe.

¶ ☞ Opponit p° et videt. q actio de liberali causa nō est p̄iudicialis p l. si fu°. ff. de liberali causa. ¶ Solutio ¶ In illa l. non fuit p̄nunciatum sup̄ seruitute vel p̄t dici q ibi erat collusio.

¶ Opponitur sc̄o. q actio de ingenuitate nō ē p̄iudicialis p l. ☞ si hac vi. ☞ fi. ff. de in ius vo. Nam ibi nō cessant alie q̄stiones ꝓter istam actionē. qō tū requritur ad actionē p̄iudicialem. ¶ Solutio. ¶ Actio non dicit p̄iudicialis. q: p̄ iudicat omnib⁹ alijs q̄stionib⁹. ☞ solum quia p̄iudicat illis q̄stionib⁹ que cessarent. si constaret esse ver qō per actionē queritꝫ. Nā ille q̄stiones non cessant que possent moueri etiā si cōstaret ver esse qō in actione p̄iudiciali queritur vt notatur in l. fi. ff. de noxa.

Dicitaqz Actio p̄sonalis q̄ petitur aliquid dari non datur alicui ad petendū rez suā nisi contra furē contra quē in odiū ipsius furis dantur plures actōes Et actiones in rem vocantur vendicatōes. ☞ actiones p̄sonales quib⁹ petit aliquid dari vel fieri abusiue vocant condictiones. hoc di.

¶ ☞ Notandum primo. q nulla actio p̄sonalis competit mihi ad petendū vt detur mihi res mea. q̄ res que mea est amplius mea fieri non p̄t. ad qō cōiter allegat iste ☞ Et concordat ☞ si res legatarij. ☞. de legat.. ¶ Istud tamē fallit p̄tra furē ꝑ quē datur ꝑdictio furtiua q̄ cōpetit dño. vt hic dicit qō alias non fit. vt ff. vsufructuarius quēadmodū caueat. l. fina.

¶ Notandum sc̄o. q licet actio p̄sonalis ad dandum nō competit alicui ꝓ re sua actio tū p̄sonalis ad restituendū bene competit pro re sua. vt ꝑmodati de positi et similes. Est em̄ differentia int̄ dare et restituere. vt ff. de actio. empti. l. ex empto. Nam dare est accipienti facere. vt l. vbi autē non appz ff. de ꝟ. ob. Sed restituē est rem ad pristinū statuz ponē Hinc est qō dicit hic ē rex. si appareat eū daē oportere. nā ista cl'a olim erat de solēnitate actionis p̄sonalis ad dandū. Sed ista solēnitas modo sublata est vt C. de formulis ⁊ impetra. sublatis l. ij. Nec tñ clausula adhuc ꝟtualit̄ inclusit in actionib⁹ istl. si sc̄z appeat eū dare oportere. i. si ver est quod ꝓponit Alio quī reus absolueretur vt l. qui accusaē C. de edendo.

¶ Notādū. iij. q cōtra furē dant plures actiones Nam contra eū daē actio furti ad penā dupli vel quadrupli. vt ☞ de obliga. que ex malefi. nascun. ☞ fi. daē etiā ꝑ eū rei vendicatio et actio ad exhibendū. que est p̄patrona ad rei ven. vt l. si ꝓ fure ☞ furti. ff. de cōdic. furtiua. Datur etiaz contra eū cōdictio furtiua. vt hic et d. l. si ꝓ fure. que non solum cōpetit contra ipsū furē. ☞ etiā contra hēdez eius. q̄ nihil ad eū puenit ex furto. quod ē speciale. quia ex delictis defunctoz cōit hēdes nō obligātur. vt C. ex delictis defūctoz l. vnica.

¶ Notandū quarto. q ista cōdictio furtiua datur contra furē in odiū ipsi⁹ ⁊ ☞ tripliciē ꝓ primo. quia licz ex ista actione nō oritur infamia iuris vt ff. ꝺ actō. et obliga. l. cessat. oritur tamen infamia facti apud bonos ⁊ graues viros. vt ff. de obsequijs l. honori. Ex rei autez vēdicatione nulla oritur infamia. vt l. in rem ff. de condictio. furti. Secundo quia in rei ven. liberatur reus interitu rei. Non autem in condictione furtiua vt d. l. in rem. Tertio quia sicut vtilius est habere plures debitores. vt ff. de liberatione lega. l. si quis decedens ☞ fi. et plures actiones. vt ff. de lega. ij. l. cū filius ☞ varijs. Sic etiam grauius est pluribus actionibus teneri. Et datur ista condictio furtiua non solum cō-

tra furem. sed contra quemlibet ma. fi. possessorem aliene rei. vt supra de re. di uisione ℣ si tamen.

¶ Notandum quinto. q condictio abusiue dicitur actio Nam olim magistratus constituebant condictionem in ipsa actione. vt ff. de orig. iurl. l. ij ℣ omnium. Et condicere idez erat quod denũciare. Sed ista solennitas etiam modo sublata est. C. de formu. l. i. Ex quo patet. q hodie non est necessarium aliquẽ monere anteq̃ vocetur ad iudicium. sed hoc fieri potest superogank ex q̃dã vrbanitate. vt. l. quidam hybernus. ff. de seruitu. vrb. pred. nisi actor vellet reum constituere in mora. vt. l. vinum. ff. si certum petatur. Et tunc sufficit vna ĩpellatio. i. moĩtio vt le. mora. ff. ꝺ vsuris. cuius ĩ venditione pignoris requiritur trina denunciatio l. si cũ venerit ff. de pignorati. actio. Et istud verum est de iure ciuili. De iure tamen Canonico fm communiter doct. requiritur monitio. vt notatur in c nouit extra de iudi. et per specula. in titu. de secundis nup. ℣ i.

¶ Notandum sexto. q libellus in hac actione debet sic formari vt actor dicat qualiter ticius ex proposito et dolose abstraxit rem suam eo inuito. quapropter petit. vt iudex pronunciet ticium debere dare sibi illam rem si extat vel estimationem eius si non extat que quidem estimatio sunt decem floreni. Et dicitur notanter in libello. ex proposito. quia ad furtum requiritur propositũ. vt l. qui saccum. ff. de furt. ꝺicitur dolose. quia ad furtum requiritur dolus. Nam si crederet domino id placere. non esset furtum. vt in ℣ placuit. supra de obligatio. que ex malefici. nascuntur Et dicitur. rem suam. quia condictio furtiua solum datur domino. vt ff. de condictione. furtiua. l. i. vel quasi domino vt tutori vel curatori. vt l. inẽ dũ ℣ qui tutelam. ff. de fur. Et ideo ista actio etiam datur prelatis et rectoribus ecclesie si agant nomine ecclesie. vt notat bart. in l. neq̃ tutores. ff. de procuratoribus. Secus si agerent nomine suo. nisi pro fructibus separatis. quos faciunt suos. auctentica. hoc ius porrectũ C. de sacrosanct. ecclesijs. Et dicit. aut estimationem rei. qua in ista actione reus nõ liberatur interitu rei vt dictum est.

¶ Notandum finaliter. ex quo hic dicitur de condictione furt. q multiplex est condictio qua agitur. Nam quedam est condictio certi. quedam condictio ĩdebiti. quedam condictio ob causam. quedam ob turpem causam. quedam sine causa. quedam triticaria. quedam ex le. et quedam condictio furtiua. De cõdictione autem furt. iam dictum est Etiam dictum est condicti. certi. supra quibus modis re contrahitur obli ℣ i. Dictum est etiam de condicti. indebiti supra de obli. que ex quasi contractu nascuntur ℣ fina. Sed condictio ob causam est actio que datur alicui qui dedit aliquid propter causam et causa non est secuta et datur contra eum qui hoc recepit. verbi gratia Dedi tibi decem florenos. vt seruum tuum manumitteres t non manumisisti seruum tuum ago contra te hac actione. scilicet condictio. ob causam vt reddas mihi decem florenos. vel dedi tibi decem. vt recederes a lite et non fecisti vel dedi tibi decem vt ires pro me rhomam quod possum reuocare cuius paratus esses ad eundum. Et teneris mihi reddere decem hac actione. abstracto tamen illo quod tua interest pro quo non habeo istam actionem. Condictio ob turpẽ causam est actio qua petit qꝺ turpiter datum est. Pro quo sciendũ q aliquid potest esse turpe ex pte dan.

tis tantū. vel ex pte recipientis tm̄ vel ex pte vtriusq; Si sit turpe ex pte dantis tantū nō datur hec actio. Et ideo qđ datur meretrici nō p̄t repeti quia turpe est ex pte dantis sed nō ex pte recipientis. q̄uis enī meretrix turpiter facit tm̄ nō turpiter recipit pecuniaz. Si etiā sit turpe ex pte vtriusq; non datur hec actio vt si dē pecunia iudici vt malam sententiā p̄ferat non etiaz dar ista actio quia in hoc casu potior est cōditio possidentis. Si āt sit turpe ex pte recipientis tm̄. vt si dem tibi pecuniā q̄ nō facias sacrilegium vel aliud peccatum tunc possum hac actione repetere quod dedi tibi. Cōdictio sine causa est actio q̄ petitur illud quod sine causa datum est Vel si ex causa datum sit que causa postea cessat. vt si fulloni traditum sit vestimentum poliendum. et ipe fullo vestimentum amisit. et domino vestimenti precium soluit. Si tale vestimentum postea ad dominum puenerit datur fulloni ista actio ad repetendum precium quod soluit vt ff. de cōdictio. sine causa l. si fullo. Cōdictio triticaria est que datur ad possessionem rei. vt ff. de condictio. tritica. l. i. Sed cōdictio ex lege est que datur quando ex lege ciuili immediate nascit obligatio. ratōe cui⁹ obligationis in lege non est data aliqua actio vt ff. de cōdictio. ex lege. l. vnica. Et dicitur notanter ex lege ciuili. quia si daretur talis obligatio a pretore non daretur p̄dictio ex lege sed actio in factū Et dicitur notanter si illa obligatio immediate nascitur ex lege. quia si nascatur obligatio mediante contractu tunc non datur cōdictio ex lege. sed actio ex eo contractu vt. d. l. vnica.

☞ Opponitur primo Et videtur q̄ res que mea ē bene possit amplius mea fieri. quia res potest pluribus modis deberi vt. l. et an eadem ℣ actiones. in fine. ff. de exceptio. rei iudica. ergo etiaz apparet q̄ potest amplius mea fieri. Solutio Consequentia ista nō valet. quia licz res pluribus modis debeatur mihi. Si tamen vno modo facta est mea. non potest alio modo mea fieri vt ff. de acquiren. possessio. l. ij ℣ ex plurib⁹ nisi illa res desinat mea esse vt ff. de ℣bor uz obligatio. l. si rem meam.

¶ Opponitur secundo Et videtur q̄ actio ad dandum p̄o re sua non competat alicui contra furem. quia p̄ furtum non p̄ditur dominium. Nemo enī p̄dit dominiū sine facto suo vt. l. id quod nostrum ff. de regu. iuris Solutio Non datur ista actio contra furem ad dominium. sed ad possessionem petendam vt ff. de acquirend⁹. possessio. l. rem que a nobis.

Sequēs illa diuisio est qđ quedā actiones rei persequēde.

Sūmatur sic. Actionum quedā sunt rei p̄secutorie. quedā penales. et quedā mixte. Rei p̄secutorie sunt omnes actiones reales. et etiā p̄sonales que ex cōtractu nascunt̄ p̄ter actionem depositi q̄n aliquid depositū est p̄pter tumultuz hostiuz. vel p̄pter incendiuz ruinā vel naufragiū. q̄ tūc p̄tor dat contra depositarium ꝛ heredē eius actionē in duplū si agatur de dolo. ꝛ hec actio est mixta. hoc dicit.

☞ Notādū p̄mo q̄ actiones rei p̄secutorie oēs sunt actiones reales. ꝛ dicunt̄ rei p̄secutorie. q̄ actor qđ sibi abest et reo adest p̄sequit̄ vt ℣. eo ℣. primo. p̄sonales etiā q̄ nascunt̄ ex cōtractu sunt rei p̄secutorie. p̄ter actionē depositi in q̄busdā casibus. ꝛ de hoc statī latius dicetur. Sed penales sunt quib⁹ agit̄ ad penā vt actio furti. Mixte aūt sunt q̄b⁹ petit̄ res et etiā pena.

¶ Notandus scdo q depositum fit dupliciter. scilicz voluntarie z necessario. Pro depósito volūtarie datur duplex actio. vna directa que datur depositori contra depositariū. Et in ista potest sic formari libellus vt scilicz actor dicat q̄liter deposuit talem rem apud ticiū custodiendam. quā ticius etiam recepit. z quia ipe ticius iam interpellatus renuit reddere talem rem. ideo petit vt iudex declaret eum debere reddere rez ipam. Et dicitur notanter in libello q ticius talem rem custodiendam recepit quia si ego ponam librum meum in domo tua. te vidente. non teneris mihi actione depositi. si custodiam eius non recepisti. Alia est actio depositi ptraria que datur depositario contra depositorem pro expensis factis in re deposita.

¶ Et in ista actione potest sic formari libellus vt scilicet actor dicat qualiter ticius deposuit apud eum talem rem in qua fecit tales expensas necessarias quas tamē soluere ticius renuit. et ideo petit vt iudex declaret eū soluere debere vt ff. depositi. l. i. §. si vero. Sed depositum necessarium est quādo aliquid deponitur ꝓpter metum hostiū vel propter incendium ruinā vel naufragium. Et tunc si depositarius sit in dolo datur contra eum actio mixta in duplum. Et in hac actione debet sic formari libellus vt scilicz actor dicat qualiter vidit hostes venientes vel fuit incendium in domo sua. vel in domo contigua q̄propter deposuit res suas apud ticiuz. Et ideo petit vt ticius huiusmodi res sibi reddat. z si negauerit duplz reddat vt ff. depositi. l. i. §. i. Ex quo ptz q libellus p̄t esse conditionalis. fa. l. cū tutores ff. loca. z. l. nō ab re. C. vñ vi.

¶ Notandū tertio q pro mutuo et pro pecunia mutuata in stipulatū deducta datur actio que dicitur certi condictio vt ff. si certū petaf. l. si quis certuz. Diuersimode tamen quia pro mutuo daf condictio certi specialis vt s quib⁹ more contrahitur obligatio §. i. Sed p pecunia mutuata in stipulatū deducta datur cōdictio certi generalis si pecunia sit certa vel actio ex stipulatu si sit incerta vt s de ꝟbox obligationi §. i. Et sm hoc diuersimode debz formari libellus. Est etiam duplex actio cōmodati. scilz directa que datur cōmodatori cōtra cōmodatarium. Et formatur libellus sic. vt actor dicat qualiter cōmodauit ticio talem rem ad talem vsum. qui vsus iam expletus est vel tempus trāsijt quo expleri potuit. Nihilominus tamen commodatarius rem non restituit. Et ideo petit pronūciari eum debere restituere. Alia est actio cōmodati cōtraria q̄ daf cōmodatario contra cōmodatorē p expensis factis in re cōmodata. Et formatur libellus vt actor dicat q̄liter ticius cōmodauit sibi talem rē in qua fecit expensas necessarias quas rennuit soluere. z ideo petit pnūciari eū debere soluere vt ff. cōmoda. l. in cōmodato §. sicut. Est etiā actio mādati. et est duplex mandatū scz generale et speciale. Mandatū generale ē de oib⁹ negocijs ī generali. Dz mādatū spēale ē de vno negocio Exēplū pmi. vt mādauit ticio oīa negocia mea in cīitate Coloñ ꝓpt absentiam meā causa visitationis liminū apl'oz petri et pauli. Exēplū scdi. Mādauit ticio vt emeret mihi vnū librū. z sm hoc diuersimode formād⁹ ē libellus. Mā in mādato generali actor dicet q̄lit mādauit negocia sua. Et q ñ pt habē rationes ideo petit reū pnūciari debere rationes reddē Dz ī mādato spēali actor dicz mādauit ticio mihi emē talē rē. Et q nō fecit vel carius emit q̄ fuerat sibi mādatū in q̄ dānificat⁹ sum vel ipedit⁹ sum in tāto lucro. ideo peto pnūciari vt satisfiat mihi de interesse. Est etiā actio mādati p̄ria q̄ daf mādatario contra mādatem. et fit libellus sicut in contraria cōmodati mutatis mutandis.

Est etiaz actio pro socio que duplex est Nam quedam datur in generali p cō/tracta societate. Alia datur ad particula/res prestationes vel ad fructus vel ad expensas. Et sm hoc diuersimode for/matur libellus. De actionibus autem empti et venditi locati et conducti po/stea dicetur.

☞ Opponitur primo Et videt q ista diuisio non sit sufficiens. Nam sunt ali/que actiones que dantur ne in loco sa/cro vel publico quid fiat. aut quod fa/ctum est tollatur. Sed tales actiones non videntur esse rei psecutorie neqz penales neqz mixte. ergo ꝛc. ¶ Solutio Iste actiones sunt rei psecutorie non quidē rei priuate sed rei diuine vel pu/blice. pro quibus rebus agitur nomine dei vel nomine reipublice. vel etiā po/test quis agere pro eis suo nomine quo mā sua interest. Mā vnuscuiusqz inter/est vt loca sacra conseruentur in esse in quibus oratur pro remissione peccato/rum vt in aucten. vt lice. ma. et aue. ℣. quia vero. collatio. viij. Et iniuria reli/gionis est injuria cuiuslibz hominis. et ideo quilibz de ea potest agere vt. l. ma/nicheos. C. de hereti. et manichē. et ita etiā est de republica.

¶ Opponitur secundo Et videtur q alique actiones reales sunt penales qz in quibusdam iuratur in litem vt ff de rei vendica. l. qui restituē. ¶ Solutio Qz in eis iuratur in litem non est iure actionis sed ex officio iudicis vt ℣. pre/terea. ℣. eodem.

¶ Opponitur tertio Et videtur q acti/ones psonales que ex contractu nascū/tur sint penales. quia in eis petitur in/teresse actoris quod aliquādo abest reo vt ff. de actio. empti et vendi. l. i. in prin/cipio ¶ Solutio ¶ Actiones possunt dici tripliciter penales. primo ex parte actoris et rei. quia scilz petitur qđ neqz actori neqz reo adest vt in actione furti Et de illis penalibus loquit iste textꝰ Secdo actiones sunt penales ex pte rei scz quādo interesse actoris excedit illud quod adest reo quia tūc inspecta psona rei actio est penalis vt ff. de eo p quem factū est. l. i. ℣. si plures. Tertio dicitur actio penalis ex pte actoris tm̄. vt si tu recepisti pecuniam eo q diceres cōtra me calūniā. ego peto a te illam pecuniā quo casu actio est penalis ex pte acto/ris. quia petit rem que sua nō fuit vt. ff de calūniato. l. generaliter. ℣. illud erit notandum.

Ex maleficijs vero prodite actiones.

Sūmat sic. Actionū descendentium ex maleficio quedā sunt penales tantū vt actio furti. quedā sunt mixte/ vt actio vi bonoꝝ raptoꝝ. ꝛ actio legis aquilie. que dat cōtra negantē in duplū. ꝛ etiā illa que dat in simplū. qñ res plus va/luit pcedenti tpe qz tpe damni dati. hoc dicit.

☞ Notandū primo q actio furti ē me re penalis/ quia si agat furti manifesti ē pena quadrupli. Si vero nō manifesti pena dupli. Sed p re furtiua cōpetūt alia remedia videlz rei vēdicatio vel cōdictio furtiua vt ff. e. ℣. sic itaqz dictū ē.

¶ Notandū secdo q actio vi bonoꝝ ra/ptoꝝ est mixta. q in quadruplo cōtinet etiam res ipa. Et ideo pena solū ē tri/pli nisi agat iudeus cōtra christianū. nā tūc pena solū est dupli vt. C. de iudeis l. christianis. ¶ Pōt etiam agi pro re rapta actione furti nō manifesti ad duplū vt ff. vi bonoꝝ raptoꝝ. l. i. vel etiam furti manifesti ad quadruplū vt ff. de furtis l. si vendidero. ℣. cū raptor.

¶ Notandū 3ᵒ. q actio legis aq̄lie est mixta/ ꝛ hoc pt intelligi duplicit. Uno mō si agat cōtra inficiantē. i. negantem Mā tūc agit ad duplum vt. C. ad legez aquiliam. l. contra negantem.

Secundo modo si agatur cōtra contitentē. Et res valuit plus eo āno si agatur ex pmo capite vel infra xxx. dies. si agatur ex tertio capite q̄ ipa res valeat tpe damni dati. Et ita ista actio ē penalis ex accidenti et nō ex natura sua ab initio vt s̄ ad legē acquili. ff. i. et ff. capit.

☞ Opponit Et videtur q̄ pena furti nō manifesti debet esse maior q̄ manifesti. q̄ quod fit clam plus punit q̄ quod fit palam vt ff. de administra. tuto. l. nō existimo Soluitio In hac materia distinguēdū est. Quia aut loq̄mur in casu qui nullo iure pmittitur et tūc plus punit quod fit palā q̄ qđ fit clam. Et ideo manifestus vsurarius plus punit q̄ occultus vt in c. quia in omnibus. eē de vsuris. et ita etiam est de furto. Aut loq̄mur in casu q̄ aliquo iure pmittitur vt est turorem cōtrahere cum pupillo. Et in hoc casu plus punit qđ fit clā q̄ qđ fit palam. Et hoc ideo est vt magis vitetur fraus et dolus. Et sic loquitur lex in oppositum allegata.

Item mirta. Sūmatur sic Actio cōpetens ad petēdū relicta ecclesijs vel venerabilibus locis retardata solutione vsq̄ ad vocationē in iudicium est mixta. et dat ad duplū. hoc dicit. Et ptz intellectus textus.

☞ Notandum primo q̄ ista actio datur duplicit scz ex dilatione et ex negatione. Nam pmo dat ex dilatione si scz dilatio fiat fraudulēter. Nā si fieret ex iusta causa non haberet locū hec actio vt ff. si certū petat. l. q̄ te. Debet tamen differēs soluere probare dilationē esse factam ex insta causa q̄uis in alijs casibus allegans dolum teneatur dolum probare vt. l. quotiens ff. dolo ff. de probatio. Verum tamen est q̄ datur aliq̄s tempus ad soluendum huiusmodi legatum vt. l. si quis filium ff. i. ff. de collatio. bono. Requiritur etiam ad istam actionem q̄ differens solutionem huiusmodi legati sit vocatus in ius vt hic dicitur in tex. Nam pene sunt restringende vt. l. interpretatione ff. de penis Sed verum est q̄ ex sola dilatione bene constituitur in mora sine aliqua interpellatione ad instar minoris vt. C. ex quibus cauf restitu. in inte. est necessa. l. in minor. Et sic ptz q̄ ecclesia t minor equiparant vt. C. de rei vendi. l. si vt proponas. Quod verum est quo ad actionem concedendā. ff non quo ad tempus restitutionis intentande. t ita solet dici q̄ ecclesia comparatur minori facto maiori vt notatur in c. i. et ij. eē de restitu. in inte. Sc̄o datur hec actio ex negatione. Nā si obligatus soluere relicta pijs locis pmo confiteat et postea negauerit vel simpliciter. negauerit datur contra eum ista actio propter infitiationem seu negationem. Sed si primo negauerit et postea confiteatur. ex quo penitere potest non datur contra eum ista actio. sed releuat actorem ab onere probationis vt. l. cum qui. ff. de in reiuran. Et si non negauerit legatū eē relictum. sed dicat testamentum non valere non tenetur ista actiōe. vt. l. penul. ff. de his qui. vt indig.

¶ Notandum secundo q̄ ista actio datur contra heredes seu illos qui per legata vel fideicommissa possunt grauari vt supra de singulis rebus per fideicōmis. relic. ff. i. Et si non habeant soluere in re luent in corpore vt ff. de penis. l. i. ff. generaliter. Nam hoc non solum habet locum in pena fisco applicanda. sed etiam in pena applicanda parti. vt. l. si id quod ff. de iurisdic. omnium iudicum. Quod verum est si mora sit fraudulenta. quia ex simplici mora nemo punitur in corpore vt. l. si procuratorē ff. si ignorantes. ff. mandati.

appeant. vt ĩ g. in l. i. ff. finiũ regũ. Aut vt termini euulsi a flumĩe vel ab homĩne reponantur. Et p̃t index cõtra euelentẽ criminaliter p̃cedere. vt ff. finiũ regũ. l. uij ℣. si dicat. Aut vt termini incõuenienter positi. quia scz vn⁹ non p̃t agrũ suũ colere vel arare sine ipedimẽto alterius. vel nisi intret in agꝛ alterius. vt scz termini cõuenientius ponantur. vt l. ij ℣ fi ff. finiũ regũ. Et dat hec actio etiã ad psonales p̃statõnes vt puta ad fructus interesse. et ad damna. vt ff. finiũ regũ. l. iij ℣ i iudicio. Sz nõ dat hec actio habentib⁹ domos cõfines seu edificia. vt d. l. iij. in fi. Si tamẽ vnus habeat domũ seu edificiũ et alius hẽat fundum. tũc dat hec actio vtilis. Et si tale edificium esset positũ loco termini daretur directa. vt l. ij. ff. finiũ regun.

¶ Notandum finaliter. q̃ libell⁹ ĩ hac actione debet sic formari vt actor dicat qualiter ticius et ipse habent agros cõfines. sed terminꝰ quibus agri distiguũtur non apparent aut sunt euulsi. vel sẽ incõuenienẽ positi. et q̃ ipse petijt a tĩcio huiusmodi terminos inquiri aut reponi vel melius poni. sed ticius recusauit hoc fieri. quapꝛopter petit vt index suꝑponat huiusmodi agros oculis suis vel oculis agrimessoꝝ. Ita scz vt appeant. aut de nouo reponanẽ aut melꝰ ponanẽ. Et ꝺ hac forma habeẽ p̃ speculã. in titu. de ind. ℣ sequiẽ. in prin.

¶ Opponitur et videtur. q̃ non satis enumerentur hic huiusmodi actiones mixte. quia actio petitionis hereditat. etiam videẽ mixta. vt C. de pe. heredi. l. hereditatis. et ff. de pet. heredi. l. si bone fidei ℣ i. de qua tamẽ hic non fit mẽtio. ¶ Solutio ¶ Petitio heredi. non est mixta actio ea ratione qua iste sunt mixte. Sed ꝓpter similitudinez quã hz cum actionibus psonalibus et realib⁹ ĩ origine et effectu. In origine autem q̃ sicut actio psonalis oritur ex ꝓtractu vt q̃si. Sic eẽ petitio hẽditatis ex iure q̃ habet heres cum defuncto. cum quo cẽsetur eadem psona. vt ff. de acquirenda poss. l. cum heres. In effectu autem. q̃ sicut actio psonalis datur contra debitorem psonaliter obligatũ. vt ℣ sic itaq̃ ẽ. eo. Sic etiam petitio hereditatis. vt l. vtrum ff. ꝺ pe. hẽdi. Et sicut actio realis datur ꝓtra quẽcũq̃ possessorem seu detentorem. vt l. officiũ. ff. de rei vend. Sic petitio here. contra possidentem p̃ possessore vel pro herede. vt l. regulariter. ff. de peti. heredi. ¶ Sic etiam actio corporalis datur contra quẽlibet possidentem seruuz qui noxam fecit. vt ℣. de noxali ℣ omnis. Similiter actio quod metus causa. vt ff. quod metus causa. l. si cum exceptione ℣ pedius. Sic etiam actio in factum contra eum qui habet aliquid posituz in loco publico. ff. ne qꝺ in loco pub. l. ij ℣ aũpe. Idem dicenduz est de actione quod vi aut clã. vt ff. qꝺ vi aut clam. l. cõpetit. Et dicunt aliqui q̃ iste sunt actiones anomale. sed ĩ veritate iste actiones sunt psonales quia principaliter oriunẽ a psona. licet ex cõsequẽti et ex quadã equitate dãt in rez vt notatur in l. si cum exceptione ℣ aliquando ff. quod vi metus ve causa. Et dicuntur in rem scripte. vt est pulchra. g. et etiam notatur p. ℣. in l. iij ℣ ẽ autem personalis ff. ad exhibendum.

Omnes autez Hic summaẽ Omnes actiones vel dantur in simpluz vl̃ in duplum vel triplum vel quadruplũ vltra quod nulla actio datur Et actiones descendentes ex contractu regulariter dantur in simplũ. hoc ꝺi.

¶ Notanduz primo. q̃ hic ponitur q̃nta diuisio actionum.

¶ Notandum secundo. q̃ ex stipulatione nasciẽ due actiones q̃ aut stipulaẽ res certa. aut nasciẽ incerti ꝓdictio vt ff. si certum petatur l. si quis certum Aut sti.

pulatur res incerta et nascitur ex sti/
pulatu actio. vt §. de verbo. obliga.

Notandum tertio. q̄ in actione cer
ti condictionis libellus debet sic for/
mari. vt scilicet actor dicat qualiter sti
pulatus est a ticio talem rem puta libr̄ū
ex causa tali precedente eius interro/
gatione et subsequēte in continenti ip
sius ticij responsione. quē tamen libr̄ū
ticius recusat dare et tradere acto/
ri. et ideo petit actor. vt iudex ipsuz ad
hoc compellat et p̄batur hec forma ī d.
l. si quis certum. et p̄ specula. in titu. de
solu. ℣ sequitur. ℣ si. si vero aliquis. Sed
in actione ex stipulatu diuersimode for
matur libellus actor diuersimode petit
illud quod stipulatum est. aut em̄ petit
simpliciter ipsum factum. vt si stipula/
tum sit q̄ domus edificetur aut simplici
ter petit interesse Aut petit factum cū
conditione. q̄ si non fiat prestetur int̄/
esse. vt notatur p̄ bar. in l. stipulationes
non diuiduntur. ff. de ver. obli.

Opponit̄ et videtur. q̄ ista diuisio
sit supflua. quia videt̄ coincidere cū di
uisione supra co. ℣ sequēs. Solutio.

Ista declarat q̄ illa et potest pro
prie dici subdiuisio quedaz respectu illi
us.

Opponitur secundo et videtur. q̄ in
conuenienter dicitur in tex. nullā acti/
onem extendi vltra quadruplum. Naz
actio que datur pro occisione serui qui
fuit institutus heres. datur interdū ad
C. vel ad V. ℣ q̄ valuit hereditas. z
hoc longe excedit quadruplum valo/
ris ipsius serui. vt sup̄ ad l. aquil. ℣ illud
Similiter videtur de actione que dat̄
contra eum qui extraxit clauum de na/
ui. vū tota nauis periclitata est que da
tur ad totum damnū quod longe exce
dit quadruplum valoris illius clauī. vt
ff. de incen. ruina. naufra. l. iij. ℣ senat⁹.
Idez videtur de actōne que dat̄ mihi
contra eum qui vendidit mihi pecus
morbidum. vū totus grex meus conta
minatus est vel ex vicio tigni. vū totū
edificiuz corruit. vt ff. de actio. empti. l.
iulianus. in princi. Solutio Tex.
iste debet intelligi de actione que ē me
re penalis ex vtraq̄ parte scz actoris z
rei. Actiones autem de quibus loquū/
tur contraria iura non sunt penales ex
parte actoris. quia totum quod petit est
suum interesse.

Sed replicatur de actōne que datur
contra eum qui manumisit seruum alie
num in presentia principis. Nam ille
habet soluere ij. seruos domino et tres
fisco Et ita punitur in quintuplum. vt
C. de his qui a nondomino manumit.
l. fina. Idem videtur de actione que da
tur contra eum cui tu dedisti pecuniaz
ne fieret mihi calūnia. nam tu repetis
quod dedisti et ego prosequor quadru/
plum et sic actio datur in quintuplū. vt
ff. de calumniato. l. si q̄s ab alio. Solu
tio. Tex. iste debet intelligi de actio
ne qua pena datur vni et eidem. Modo
in contrarijs iuribus pena datur diuer
sis. vt manifeste patet ex dictis in oppo.

Sed iterum replicatur. de actione q̄
datur contra eum cui ego dedi pecuni
am. ne faceret mihi calumniam. et ipse
recepit pecuniam ab alio. vt diceret cō
tra me calumniam. Nam iste punitur ī
octuplum et pena datur vni. vt ff. de ca
lumnia. l. generaliter ℣ fina. Solutio
Iste tex. debet intelligi de pena que
datur vnica actione in numero sed con
traria l. loquitur de pena que datur du
abus actionibus. quarum neutra exce
dit quadruplum.

Sed iterum replicatur de actione q̄
datur contra libertum qua scilicet p̄/
ter offensam reuocatur in seruituteⁿ.
vt C. de libe. et eorum libertis. l. si ma/
numissus. Nam illa est vna actio z hec
pena longe excedit quadruplum. cum
libertas sit res inestimabilis ff. de his
qui deiecerunt vel effude. l. fi. Idem vi
detur de actione que datur contra illū

qui eripuit seruum fisci. Nam ille reddit seruum et cum hoc adhuc quadruplum. vt C. de ser. fugitiuis l. fi. ꝛ tamē est vna actio. Solutio. Iste tex. adhuc intelligitur. quādo in pena habetur respectus ad ipsam rem. In contrarijs autem non habetur respectus ad rem. sed ad delictum seu punitionem tantum.

Iterum replicatur de actione que datur cōtra eū qui recepit pecuniā ab eo qui emit administrationem. nam reddit quadruplum et confiscantur bona sua ꝛ priuatur cingulo. vt in auten. vt iudices sine quoquo suffragi. ff. sic ergo. colla. ij. Solutio Iste tex. loquitur de actione. vt manifestum est. Nō autem dicitur in contrario non fit per actionem. sed per accusationem.

Iterum replicatur de ff. alteri. supra de inuti. stipula. quia ibi potest excedi quadruplum. Solutio Iste tex. intelligitur de pena legali que est quādo iudex vel cōtras aliqua dicit quicunq; cōmisit furtū moueatur quia hoc ius dicit. contrarium autem loquitur in pena conuētiōali. que est quando aliquis dicit. iohannes si nō veneris ad lectiones solues album quia tunc est conuētio facta inter illum et me. Pena igitur legalis non potest extendi vltra quadruplum. Sed de pena conuentionali est distinguendum. quia vel apponitur per nomina multiplicatiua. vt simplum. duplum. triplum. ꝛc. ꝛ tunc etiam nō potest extendi vltra quadruplū vt l. si dictum. ff. de euictionibus. vel apponitur per nomina simplicia vt vnū duo. tria. et tunc Aut apponitur facto. vt dicendo. Promittis mihi scribere talem librum sub pena C. et potest extendi vltra quadruplum. vt in ff. alteri in oppo. all. vel apponitur speciei. vt dicendo. Promittis mihi dare talem librum sub pena C. et iterum potest extendi vltra quadruplum. vt. l. lucius. ff. de actio. empt. et vendi. et l. sciendū. ff. de euiction. Aut apponitur quantitati. vt dicendo. Promittis mihi dare decem sub pena C. et tunc non potest extendi vltra quadruplum. quia presumitur fieri in fraudez vsure. vt. l. iulianus ff. item papinianus. ff. de actionibus empti.

In duplum agimus veluti furti nec ma.

Actiones furti nec manifesti l. aquilie depositi in quibusdam casibus serui corrupti. et que datur p legato relicto venerabilibus locis dantur in duplū. Et datur actio serui corrupti contra eum cuius psuasione vel consilium seruus factus est deterior. in qua quidem actione etiam veniunt res quas seruus. domino abstulit. hoc di.

☞ Notandū primo. q; qualiter actio furti nec manifesti datur in duplum. dictum est supra de obliga. que ex maleficio. nas ff. pena. et qualiter actio. l. aquil. datur in duplum. scilicet per inficiationem. dicetur ff. eod. ff. at ille. Et qualiter actio depositi datur in duplum in quatuor casibus. dictum est supra eod. ff. sequens. Qualiter autem actio pro legatis relictis venerabilibus locis in duplum datur. dictum est ff. eod. in ff. item mirta.

Notandum secundo. q; Actio serui corrupti non datur pro eo q; seruus corruptus est in corpore. quia sic datur actio l. aquil. vt supra ad l. aqui. in ff. i. et in ff. caput. Sed datur pro eo q; seruus corruptus est mente. quia scilicet de bono factus est mal⁹. vl de malo deterior vt ff. ff seruo corrupto. l. i. ff. persuadere. et datur ista actio. non solum ad duplū estimationis serui. sed etiam ad duplum estimationis rerum quas abstulit domino suo sine tales res peruenerunt ad

persuasorem seu corruptorez siue ad alium. vt ff. de ser. corrup. l. i hoc iudicio. Sed in isto duplo continetur ipsa estimatio serui et rerum ablatarum. vt l. vt tantū §. in hoc. ff. de ser. corrup. Et istud verum est si is qui psuasit vel cōsiliū dedit fecit hoc ex dolo. vt l. dolo. ff. de ser. corr. Et potest etiā puniri criminaliter talis psuadens. vt l. meū. ff. d extraor. criminibus. Secus autem si nō fecit dolo quia tunc tenet actione. l. aq̄li. vt l. si cōmodius. ff. de ser. corrup.

¶ Notandum tertio. q̄ vtilis actio serui corr. datur patri pro filio corrupto. aut filia corrupta. quia interest patris habere filios bonos et non malos vt l. vt tm̄ §. i. ff. de ser. corru: Et datur ista actio ad estimationem oparum que per filios fieri solent. quia liberū corpus nō potest estimari. vt ff. de his qui effu. vl' deie. l. fi. Et fit hec estimatio taxatione iudicis mediante iuramento in litez ipsius patris. de valore oparū et de sua affectione sicut fit in actione iniuriarū vt supra de iniurijs §. pena. ¶ Datur ītō etiam hec actio vtilis scholari contra socium suū. qui psuasit sibi q̄ pecuniaz suam inutiliter expenderet ¶ Nam si datur patri pro filio magis videtur dari ipsi filio. quia charitas incipit a se. vt l. preses. ff. de seruitu. et aqua.

Tripli Summatur sic. Actio cōpetens ex l. condicticia datur in triplum contra eū qui in libello inseruit maiorez sūmā. q̄z reus sibi debebat. vt ipsiz reū maiori summa sportularū oneraret. hoc di. vsq̄ §. Quadrupli.

☞ Notandum primo. q̄ de iure nouo dand' est libellus. vt C. de arbi. l. cū antea §. fi. iure tamen veteri non dabat libellus nisi ex voluntate. vt ff. de eden. l. i. Et in ipso libello exprimēda est certa quantitas vl' res certa et etiam actor in actiōe personali habet reuz certificare vt in auctē. de litigi. §. ad exhibendū.

¶ Notanduz secundo. q̄ sportule dicūtur quedam oblationes dicte a sporta seu sportula et est genus vasis i quo dicte oblationes consueuerunt representari et sunt duplices sportule ¶ Nam quedam dantur iudicibus vt in auctē. vt iudices sine quoquo suffra. §. volu' colla. ij. Alie sunt sportule que dantur executoribus qui. s. representant ptes iudici. ¶ Prime autem sportule non crescunt neq̄ decrescunt extra quātitatez sūme. vt in auctē. de iudi. §. ne aūt. Sz scōe sportule olim dabant fm q̄titatez sūme petite in libello Verūtamen ē. q̄ quibusdam remittebantur vt paupib' quibusdam autem minuebantur vt clericis. vt C. episco. et cleri. auctenti. sed hodie q̄busdaz ertā remittebāt p̄ pulegium principis vinētis. vt C. de fruc. et litium expens. l. fi. Et de istis sportulis loquitur hic tex. Sed quia tamē hodie non dātur sportule fm quātitatē sūme petite in libello. sed fm consuetudinem et longitudiem vie. vt auctē. sz hodie C. de epis. et cle. ita vt pro quolibet miliari detur vnus nummus seu bolendinus. vt in g. i auctentico. de iudicibus §. disposita. Et ītō iste §. hodie non habet locum. Si tamē dolo quis plus petat. q̄ pro executione sua ordinatum est punitur in triplo expensarū. vt j. eo §. plus. Non tamen cadit a tota causa.

¶ Notandum tertio. q̄ in ista actione libellus potest sic formari. vt scilicz Actor dicat qualiter fuit debitor ticij i x. et ipse ticius vt actor plus grauaretur in solutione sportularū posuit in libello xx. Quapropter actor petit eum cōdemnari ad triplum soluendū.

☞ Opponitur et videtur. q̄ ille qui plus petit debet cadere a tota causa. p̄ l. vnicam C. de plusp̄eti. ¶ Solutio. In illa l. dicitur. q̄ ille qui plus petit q̄ sibi debitum est. et etiam de hoc petit

cautionē ex dolo ille cadit a tota cā. qz grauī puniri dz q̄ ille q̄ plꝰ petit sine dolo vt ff. de offi. pto. l. duus.

Quadrupli Actio furti manifesti. et actio qđ metus causa et actio de calumnia. similiter et actio que datur ex l. condicticia contra executores litium petentes plus a reis q̄ petere debeant sunt in q̄druplum. hoc di. vsq; ℣ sed furti.

¶ Notandum primo. q̄ de pena furti manifesti d. est supra eo ℣ ex maleficijs quia ibi tractatum est de illa act.

¶ Notādū scđo. q̄ actio qđ metus causa datur mihi contra eū q̄ p metū cadentem in constātē virū cōpulit me ad tradendū sibi rem meā. vt ff. qđ metus causa l. si cū exceptiōe ℣ i. Ex quo faciliter p̄t concipi forma libelli i hac actiōe. Que etiam ptz l. iij. C. qđ metꝰ causa. Et dat ista actio in q̄druplū ex contumacia. vt statim dicet ℣ eo ℣ itē actio. Et est ānalis in q̄druplū. In simplū vero est ꝑpetua. vt ff. qđ me. l. si cū exceptione ℣ i.

¶ Notandum tertio. q̄ Actio in factū de calumnia datur mihi contra eū q̄ recepit pecuniam ab alio. vt facēt aut diceret contra me calūniā. Datur etiā mihi contra eū cui ego dedi pecuniā vt nō diceret contra me calumniaz. Et ita diuersimode formatur libellus in hac act. ff. đ calumniato. l. generaliter Et ē hec actio etiā annalis in quadruplū in q̄ tñ quadruplo continetur res ipsa siue pecunia data. vt l. sed et ꝓter q̄ ff. de calūniato. In simplū vero est ꝑpetua. vt ff. de calūniato. l. i. ℣ i.

¶ Notandum finaliter. q̄ executores litium plus debito exigentes pro sua executione puniūtur in quadruplū et ita differt hoc qđ hic dicit a ℣ tripli. ē. c. qz ibi datur actio in tripluz. contra actorem maiorez sūmā inserentē i libello. vt reū plus grauet in solutione executoribus faciēda. vt ibi dictū est Hic autē datur actio contra ipsos executores plus petentes q̄ debeāt. Et datur ista actio in quadruplū. sic tñ q̄ Triplū applicet fisco et simplū applicet parti vt in autē. vt litigantes iurent ℣ hoc quo q̄. colla. ix. Et petitur istud quadruplū p̄ hanc actiōnem. que dicit condictio ex hac lege. vt ff. de condict. ex le. l. si.

Bed furti Actio furti nō manifesti. et actio furti corrupti dantur i duplū originaliter. sed actio l. aq̄lie. et actio depositi in q̄tuor casibus dantur in duplū accidentaliter scz ex negatione. Nam si reus cōfiteat tunc nō dant nisi in simplū. hoc di. vsq; ℣ sed et illa.

☞ Notandū primo. q̄ de actione furti non manifesti sat. dictū est sup̄ de obligati. que ex malefi. nas ℣ pena. Actio autem furti corrupti ex natura sua dat in duplū Nam siue reus negauerit. siue confiteatur datur in duplū. nisi inter. virū et vxorem. Nam tūc datur in simplū. vt ff. de ser. corrup. l. doli ℣ bum ℣ hec actio. Et hoc est ꝓpter honorē mrī monij. vt l. ij. ff. rerū amotarū.

¶ Notandū secūdo. q̄ pena que datur ex negatione vel contumacia dicit esse accidentalis et nō rōne ꝑme obligationis et ergo fideiubens p̄ malefactore. de solutione pene ad quā cōdemnabit ratiōe maleficij sui nō tenet solue illaz penā in quā cadit iste malefactor ꝓpter negationē suā vel ꝓtumaciam de q̄ notatur p̄ bar. in l. i. ff. de in litē iuran.

Bed et illa Actio cōpetēs p̄ relictis ꝟ venerabilibꝰ locis etiā differt ab alijs actionibꝰ que dant in duplū. qz hoc cōtingit accedentaliter et extrinsece nō solū ex negatione ꝫ etiā ex retardatione solutionis vsq; ad iussū iudicis. hoc di.

☞ Notādū. q̄ licet in actōe ꝑpetēte p̄ relictis venerabilibꝰ locis reus defetat iuramētū actori. ꝓpter hoc tñ nō pu.

¶ Notandũ scđo q̃ ista actio exercitoria dat̃ p̃ exercitorẽ qñ q̃s p̃rit cũ ꝓposito nauis in vtilitatẽ ipi⁹ nauis. Si enĩ ex alia cã q̃s cũ eo cõtraxit nõ dat̃ exercitoria vt. l. i. ℣ nõ ãt. ff. đ exercito. actio. Et dicit̃ q̃s cõtrahere in vtilitatẽ nauis si fecit expẽsas ꝓ emptione vel proꝑatiõe nauis vel fecit sumptus ꝓ illis q̃ necessarij sũt in naui vt. l. i. ℣ magistrũ. ff. de exercito. actio. Et non opz creditorẽ ꝓbare rem ẏsam esse in vtilitatẽ nauis. ℔z satis ẽ q̃ ad vtilitatẽ nauis expẽdit. Secus est in economo aut ꝓcuratoẽ ecclesie q̃ si aliquis expendit ꝓ ecclesia necesse est eũ ꝓbare rẽ ẏsam esse in vtilitatem ecclesie vt in auctenti. de aliena. et emphiteo. ℣ hoc ius porrectũ. Tenet̃ igit̃ exercitor ꝓ mgr̃o nauis de his q̃ facta sunt gr̃a nauis. Sed ꝓ aliis nauticis nõ tenet̃ nisi ꝓ delictis eoꝝ vt ff. de exercito. l. i. ℣ mgr̃m.

¶ Notãdũ ℥°. q̃ exercitor dr̃ ille ad quẽ q̃tidian⁹ quest⁹ nauis ptinet Ille ẏo q̃ naui ꝓponit̃ siue sit seru⁹ siue filius siue alius q̃libz hõ vocat̃ mgr̃ nauis vel ꝓpositor. Sz institor dr̃ ille q̃ ꝓponit̃ taberne vel alteri negociatiõi. Ex q̃ patz q̃ actiões diuersimode sumũt noĩa sua. nã exercitoria noĩat̃ a ꝓponente. Institoria noĩat̃ a ꝓposito Sic etiã noĩat̃ actio a contrahente vt ex empto vel ex vendito. noĩatur etiam quãdoq̃ ab inuentore vt publiciana a publicio. aquilia na ab aquilio.

¶ Notandum quarto q̃ institor differt a ꝓcuratore. quia institor ꝓponit̃ vnĩ

nersali negociationi vt.l.quicūq;.ff. de instito.actio. Et etiā preponitur negociationi questuarie. qui aūt preponitur ad recipiendum fructus dicitur villicꝰ seu procurator vt.l.si cū villico.ff.de instito.actione.

¶Notandum finaliter q; quandocūq; est eadem equitas tūc etiā debet eē idē ius vt hic.et ff.ad legē aquili.l.illud

Introdurit. Sūmatur sic. Actio tributoria est que datur vt inter dñm et creditores serui diuidatur quod est in peculio serui ex contractu ipius serui facto in mercibus peculiaribus. vel quod ex eis receptū est pro rata portiōe q̄n ſciēte dño in peculio negociatꝰ est. ℔ d.

☞ ¶Notandū ꝓmo q; ad actionē tributoriam primo requirit q; negociatio facta sit in re peculiari vt hic et.l.i.§.licet.ff.de tributo.actio. Nam si fieret negociatio in re dominica dareť actio institoria vt ē co.§.institoria. Dicit autez peculium quod ſeparū est a ratione domini vel patris q̄ꝫ bus modis dicitur vt notatur circa rubricam ff.de pecu. Secundo requiritur q; ista negociatio facta sit sciente domino. Nā si domino ignorāte facta eēt daretur actio de peculio vel de in rem verso vt.§.et.§.preterea. Differt aūt actio tributoria ab actiōe de peculio, quia in actione de peculio deducitur id qđ debetur domino, et etiam illis qui in sua ptāte sunt. Sed in actiōe tributoria fit distributio pro rata inter dñm et creditores vt ff.de tributo.l.i.in ꝓncipio. 3° requiritur q; negocians sit in ptāte ipi⁹ dñi vere vel ꝑsumptiue. Et ideo ex cōtractu serui vsufructuarij dař actio tributoria vel serui alieni bona fide possessi. vt.l.i.§.ptāte.ff. de tribu.actio.

¶Notanduz scđo q; dicit hic in tex.si minus tributū sit. Et hoc etiā verū ē si nihil tributū sit vt ff. de tribu.l.illud.§. si cuius dolo. fa.l. minus.ff. de ℞boꝛ ſignifica. Ex quo ptz q; si aliquis ꝓmisit mihi vēdere aliquā rē duobus florenis minus q̄ꝫ alius emeret. ille teneretur mihi talem rem minus vendere q̄ꝫ valeat q̄ꝫ nullus velit eaz emere. Et ꝑ oppositum etiā idem est quando aliquid dicitur plus fieri. Et ideo ḋ totaliť solutiť, indebitū dicit plus soluere q̄ꝫ debz de quo ꝑ bar. in.l.i.§.hec verba.ff. si cui plus q̄ꝫ ꝑ legē falci.

Preterea. Ex contractu serui facto sine volūtate dñi si id qđ venit ex cōtractu ℞sum sit in rem dñi, teneť dñs actiōe de in rem ℞so. Si aūt nō sit cōuersum in rē dñi, teneť dñs actione de peculio ad tātū q̄ntum est in peculio. Si ℞o ptim versuz ē in rē dñi et ptim nō tūc ꝑ ptē versa teneť actiōe de in rem ℞so. ⁊ ꝑ alia ptē de peculio. hoc dicit.

☞ ¶Notandū ꝓmo q; hoc dicit eē versum in rē dñi qđ impēsuz ē ad suā necessitatē vel vtilitatē vt ħ in exēplis positis in tex. concor.l.ij.§.in rem.ff. de in rem ℞so. sed si aliqđ ipensū sit ad voluptatē ipi⁹ dñi nō dař actio de in rē ℞so. q̄ꝫ ꝓmittit abrasio sine lesione stat⁹ ipi⁹ rei.

¶Notādū scđo q; actio de peculio et actio de in rē ℞so sunt vna actio ꝑ tāto q; ꝓponunť in vna instātia ħñt tñ diuersas q̄litates et diuersas formas. et hoc ē qđ dicit ħ in tex. q; ħñt diuersas cōdēnatiōes. Nā ꝑ actionē de in rē ℞so condēnať dñs insolidū soluere qđ in rē ei⁹ ℞sum ē. q̄ꝫ ꝑ actionē de peculio nō ꝓdēnať nisi q̄ten⁹ ē in peculio. ꝑ q̄. fa.l.si ꝑ prē.§.in rē.ff.de peculio. Et ita etiā dz ħ intelligi.glo.magna sup ℞bo.debes.

¶Notādū 3°. q; pro ptē pōt dari actio de in rem verso. et ꝑ ptē actio de peculio. vt hic clare ptz ex textu.

Cū ār. Hoc intelligit eē peculiū qđ remanet deducto eo qđ seruus tenet dño suo et eis q̄ in ptāte dñi sunt. excepto eo qđ seruus ordinarius tenetur vicario. hoc dicit.

Qđ cū eo qui alie. ptāte ē nego. gest. eē di.

☞ Notandum primo q̄ quādo agit actione de peculio tūc deducitur q̄cq̄d seruus teneť dño vel illis qui in ptāte sua sunt. Et ratio est q̄ dñs fingit̄ conuenisse cū seruo q̄ ipe debet alijs credi toribus p̄ferri vt. l. sed si damna. ff. peculium ff. de peculio.

¶ Notandū scđo q̄ si seruus ordinari⁹ tenetur aliquid seruo vicario hoc non deducit̄ ex peculio/ quia hoc fieret frustra. maneret enī in peculio ordinarij. ꝛ hoc est qđ vult iste tex. in fine.

☞ Opponit̄ Et videť q̄ iste tex. p̄sup ponit falsum quia inter seruum et dñm non potest esse obligatio p. l. quod attinet ff. de regulis iurī. ¶ Solutio Verum est q̄ inter seruum et dominū non potest esse obligatio naturalis et ciuilis sed bene potest esse obligatio naturalis tantū quia inspecto iure naturali seru⁹ potest se domino suo obligare/ et eī dominus illi.

Ceterum Sūmatur sic. Actio quod iussu ꝛ actio exercitoria et institoria cōcurrūt cū actione de peculio et de in rem verso. Utilius tamen est primis actiōibus agere q̄s scđis/ quia in actione de peculio et de in rem verso est maior difficultas probandi. hoc dicit.

☞ Notandum ṕmo q̄ in ísto tex. solvitur quoddam dubium. Nam dictum est ꝫ eo. ff. preterea/ q̄ quando seruus cōtrahit ignorante domino tūc dať actio de peculio ꝛ de in rem v̄so. Et ideo aliquis dubitare posset an ne iste actiones etiam dentur ex contractu serui facto sciente domino. Et respōdetur hic q̄ sic et ita iste actiones concurrunt/ de quibus loquitur hic textus. Exponit̄ igitur ceterū. id est sed.

¶ Notandū scđo q̄ quando competūt plura remedia imparia tunc stultus est qui eligit difficilius et dimittit facilius Nam facilior via semp est eligenda ad quod iste textus solet allegari. ff. primus in aucten. quibus modis natura. efficiunt̄ sui. colla. vij.

¶ Notandum tertio q̄ ideo in actione de peculio et de in rem verso est maior difficultas probandi q̄ in alijs de quibus hic. quia in actione de in rem verso opz probare id quod receptū est versum esse in rem domini. Et in actiōe de peculio opz probare duo. scz seruuz habere peculium. et q̄ hoc peculiū sit tm̄ vt inde actori satisfieri possit/ sed in alijs actio. nō sic. Nam in actione quod iussu sufficit probare q̄ seruus recepit pecuniam iussu domini. Et in exercitoria et institoria sufficit probare q̄ seru⁹ recepit pecuniā in causam illius cui p̄positus est.

Is quoq; Sūmať sic. Actio tributoria pōt cōcurrere cū actione de peculio et de in rem verso. Et interdū vtilius est agere tributoria quia in ea nō deducit̄ qđ domino debetur. et interdum vtilius est agere de peculio quia ibi habetur consideratio ad totū peculiū. Sed in tributoria solū habetur respectus ad mercē peculiarem. hoc dicit.

☞ Notandum primo q̄ quandocūq̄ competunt plura remedia seu actiones plures ad aliquid consequendū eligendū est illud quod vtilius est. Est autez vtilius p. quod plus consequi pōt vt. l cum aliquando et ibi glo. ff. de tributo. actio.

¶ Notandum scđo q̄ hic tanguntur due differentie inter actionem tributoriam et actionem de peculio. Nam in actiōe tributoria solum consideratur quod est in merce peculiari/ sed in actione de peculio agitur ad totum peculium Secūda differentia est quia in actione de peculio deducitur quicquid domino debetur. et illis qui sunt in ptāte sua. Ex ista actione tributoria dominus recipit ptē suā sicut alij creditores.

Notandū tertio q̄ q̄ncunq̄ cōpetūt plures actiones tūc actor p̄t vnā eligē q̄ vidēt sibi vtilior esse ff. de tributo. actio. l. q̄ō in hēdez ℣ eligere. ℣z vna electa nō p̄t ad aliā redire. nisi esset decepta vt ff. q̄ō cū eo. l. sed et si ℣ fi.

Notādū q̄rto q̄ q̄uis noīa actionū nō sunt exprimenda in libello vt c. dilecti. extra de iudi. cognoscitur tñ natura actionis ex libello p̄ narrationē et per modū cōcludendi vt notat bar. in. l. certi cōdictio ff. si certū petat.

Que dicimus. Que dicta sunt de suo etiā intelligunt de liberis. Verūtamē serui nō h̄nt p̄uilegiū senatusc̄i sulti macedoniani sicut liberi. Quo quidē senatusc̄i sulto cōstitutū est vt mutuās liberis nō habeat actionē cōtra ip̄os liberos. nec cōtra parentes. hoc di. Et p̄z intellectus textus.

Notandū p̄mo q̄ inter seruos et liberos ē cōuenientia et dīa. Nā conuenit in hoc q̄ vtriq̄ sunt in p̄tāte q̄uis hic loquimur de eis et vtriq̄ obligant eos in quor̄ p̄tāte sunt vt denē p̄ eos actiōes. de q̄bus in hoc titulo dictū est. ℣z differūt p̄mo q̄ filijs dat exceptio macedoniana. sed seruis nō vt hic. ℣ecūdo q̄ filius p̄t esse in iudicio cū consensu p̄ris. sed seru⁹ nō etiā cū consensu dñi vt ff. de pecu. l. iij ℣ si seruus. Tertio quia fili⁹ fideiubendo obligat patrē de peculio. ℣z seru⁹ nō obligat dñm vt ff. de fideiusso. l. seru⁹ inscio. Quarto quia seru⁹ p̄t dari p̄ noxa. filius non vt ℣ de noxa ℣ ℣z veteres. Quīto q̄ fili⁹ p̄ emācipationē tenet d̄añ gestis vt. l. cū actū ff. de nego. gestis. ℣z seru⁹ p̄ manumissionē nō vt. l. ij. ff. q̄ō cū eo. Sexto quia filius p̄t obligari naturaliē et ciuiliē p̄pter quā obligationē p̄t detrudi in carcerem vt. l. q̄ filiū. C. qui bo. cedē p̄nt. ℣z seru⁹ solū p̄t obligari naturaliē vt l. q̄ō attinet ff. de regu. iur. ℣eptio q̄ filius p̄t habere peculiū castrēn. vel quasi aduenticiū vel profecticiū. ℣z seruus solū p̄fecticiū. Octauo q̄ filius p̄t habere heredē sed seru⁹ nō vt in auctē. de hēredita. q̄ ab intesta. ℣i. colla. ix. Nono q̄ filius p̄t esse tutor vt. l. si filio. ff. de tutelis. ℣z seruus nō vt ē qui tuto. dari p̄nt in principio. Decimo q̄ filij p̄nt facere testm̄ saltē ad pias causas vt notatur p̄ bar. in. l. i. C. de sacrosanc. eccle. sed seruus nō. Vltimo q̄ filius p̄t donare causa mortis. sed seru⁹ nō vt ff. de donatio. l. tam his ℣ filius.

Notandū sc̄ō q̄ q̄n liberis existentibus in p̄tāte mutuat pecunia vel alia res in fraudē senatusc̄ōsulti macedoniani tūc nō dat creditori actio neq̄ cōtra filiū. etiā postq̄ fit sui iuris. nec p̄ p̄ez vt ℣ dicit in tex. et fa. l. fili⁹ ℣ is aūt ff. ad macedonia.

Opp̄ōit. Et videt q̄ imo dat actio p̄ filiū ei q̄ sibi mutuauit pecuniā p. l. ff. et p. l. i. C. ad macedo. ℣o. Regulariē nō dat actio In q̄busdā tñ casib⁹ cessat p̄uilegiū macedonianū. et actio datur p̄mo Si talis fili⁹ sit miles vel habeat peculiū castrēn. vel q̄si castrense. et hoc vult lex fina. in oppositi allegata. ℣ecūdo si dicat se p̄familias vt. l. i. ī oppositū allegata. Tertio si videbat esse p̄familias vt q̄ fuit p̄positus vectigalibus vel publicanis vt ff. ad macedo. l. si q̄s p̄ez. Quarto si fuit scholaris ī studio de licētia p̄ris sui vt ff. ad macedo. l. simul ℣ quod dicitur. Quīto si incepit soluere debitum vt ff. ad macedonianū l. ℣z Julianus ℣ penulti. Sexto si illud quod recepit sit versum in rem patris vt ff. ad macedonia. l. ℣z Julianus ℣ si filius. Septimo si ab initio non sit conuersum in rem patris postea tamen cōuersum est ff. ad macedonianū. l. ℣z Julianus ℣ sed si ab initio. Octauo si pater fuit presens et non contradixit. eadem l. sed Julianus ℣ quanq̄. Nono si pater ratum habeat. C. ad macedonia. l. fina.

Decimo si filius factus paterfamilias agnouit debitū vt. C. ad macedo. l. xeno doxis. In alijs ãt casibus locū habet senatusco sultū macedoniānū vt hic dicit in textu. fa. l. filius ℣is ãt ff. ad macedo.

In summa. Sūmat sic. Actiõe quod iussu et actione de in rem verso. Similiter exercitoria et institoria agitur contra pẽm vel dñm directe. hoc dicit.

☞ Notandum q̃ ista sunt noīa adiectionū ipius actionis seu qualitatum. ⁊ proprie nõ sunt actiones vt ff. de negogestis. l. mandasti. Et ita etiã recipiunt naturam illarum actionū quibus adijciuntur vt scz bonefidei vel stricti iuris.

Nã si quod iussu vel de in rem verso vel exercitoria vel etiã institoria adijciatur actioni bonefidei tunc et ipa ẽ bonefidei. Et si adijciatur actiõi stricti iuris dicit ista qualitas vel adiectio etiaz stricti iuris. Si enī essent noīa actionū tũc cẽnt stricti iuris. q̃ nõ noīantur in ℣ actionū ãt ō titulo de actionibus.

De noxalibus actionibus.

Continuatur sic. Dictum est supꝝ q̃liter cõuenimur ex contractibus eorum qui sunt in nostra ptãte. consequenter dicendū est q̃liter cõuenimur ex delictis eorū.

⁊ maleficijs. Sūmat sic. Et maleficijs seruoꝝ agit cõtra dominos noxalit. et ī actiõe noxali pt dñs estiationez dãni soluẽ vel seruũ p noxa dare. Quo casu trãsferẽt dñiuz serui in eũ q̃ dãnũ passus est. et si seru⁹ dãnũ soluerit tenet ipe dãnũ passus seruuz manumittere. hoc dicit.

☞ Notandũ ṕmo q̃ sicut dñs tenet ex maleficio serui. ita etiã ex q̃si maleficio vt ff. nau. caupo. stabu. l. fi. ℣ fuoꝝ. Et quod dicit hic de seruo etiã pt intelligi de monacho vt notat p Inno. in c. cũ oli. eẽ de ṕnis. Põt ãt monach⁹ criminalit cõuenīri et puniri. et tenet eũ abbas defendere vt aucten. causa. C. de epis et clericis. Nõ ãt pt monach⁹ cõueniri vt aliquid soluat/ q̃ nõ hz ꝓpium vt in c. nõ dicatis xij. q. i. ĩmo si repiatur apud eũ ꝓpriũ post mortẽ sepeliend⁹ ẽ eẽ monasteriũ vt in c. cũ ad monasteriũ extra de statu monachoꝝ.

Notãdũ scõ q̃ dñs pt seruũ p noxia dare q̃uis sit obligat⁹ ad estiatiõez dãni et hoc pt vsq̃ ad sniaz vt ff. de re iudi. l. miles ℣ decẽ. ⁊ ita ẽ hic casus vbi aliud p alio soluit etiã inuito creditore.

Notãdũ 3°. q̃ q̃n dãnuz passus recipit seruũ p noxia/ tũc si seru⁹ soluat dãnũ tenet eũ manumittere vel nolit. simile est in. l. ij. C. de patri. qui filios distraxerũt vbi pẽ cogit filiũ emãcipare.

☞ Opponit ṕmo Et videt q̃ dñs nõ pt seruũ p noxia dare p. l. ij. ff. de noxa. Soꝰ Illa lex loquit q̃n delictũ factũ est sciente dño et potẽte ꝓhibere et nõ fecit. Nã tũc opz eũ soluere dãnũ ⁊ nõ liberat dando seruuz Iste ãt tex. loquitur q̃n seru⁹ fecit delictũ nesciente dño vel sciẽte et nõ potente ꝓhibere.

Opponit scõ Et videt adhuc q̃ seruus nõ pt dari p noxia p. l. i. ℣ si seruus ff. de his q̃ deiecẽ. vel effude. Soluꝰ Illa lex loquit q̃n agit criminalit p delicto serui. Nã in criminib⁹ marie publicis nõ liberat dñs dãdo seruũ p noxa. sed seru⁹ corpaliter punit vt. C. de noxali. l. penulti.

Būt ãt. Oẽs actiões noxales ã sunt de lege xij. tabulaꝝ aut de edicto ptoris. hoc dicit.

☞ Opponit Et videt q̃ nõ bñ dicit in tex. q̃ actio furti est ex lege xij. tabulaꝝ/ q̃ est ex edicto ptoris p. ℣ i. j. de ppe. et tpa. actio. Solutio Ille ℣ loquitur de furto manifesto. ℥ iste tex. loquit de furto nõ manifesto.

omnes. Sūmatur sic. Actio noxalis sequit caput .i. dat cōtra eū qui seruū possider. Etsi seruꝰ qui noxiā cōmisit manumittat agit contra eū. sed extinguit noxalis actio. Et si liber homo fecit noxiaz q̄ postea efficit seruus agitur cōtra dominū inchrecte. hoc dicit.

¶☞ Notandū ꝓmo q̄ dñs tenet ex delicto seruꝰ etiā cōmisso añ̄ꝫ talis factꝰ est seruꝰ illiꝰ dñi. ⁊ nō solū tenet de delicto. ꝫ etiā q̄si delicto vt. C. de noxalib. le. ij.

¶Notandū scdo q̄ si seruus cōmittat delictū et postea fiat liber tūc ipe tenet insolidū ad restituendū dānuz. sed non pt̄ seipm ꝓ noxia dare. et sic ē hic casus in quo ex mutatione status perit actio prius nata. Sic etiā si liber homo noxiaz fecerit. q̄ postea fit seruꝰ. dñs illiꝰ seruꝰ tenet. et ita incipit actio noxalis oriri que prius nō cōperebat.

¶Notandū tertio q̄ ea que dicunt̄ d̄ de seruo etiā pñt intelligi de monacho. si cōmisit delictū vt notat ꝑ Inno. in c. cū oliz. eō de ꝓbis. Et ideo si monachꝰ cōmisit delictū añ ingressum religionis pt̄ fieri missio in possessionē bonoz illorum que monachus secū apportauit ad monasteriū vt notat ꝑ specu. in titu. de reo. §. i. ¶ Si. sed nūquid. Sed in causa criminali que ortum habuit ante ingressū religionis remanet iudiciū apud seculares iudices facta prius degradatiōe vt notat ꝑ bar. in. l. ij. §. ignominie. ff. de his qui notan. infa. Et hoc verū ē de illis q̄ mutauerūt statum. Secus añ in alijs qui nō mutant statū vt sunt fratres tertie regule franciſci. et beggardi et beguine. quia illi manent in statu laicali vt in c. duo sunt. xi. q. i. et notat ꝑ bar. in. l. i. ff de penis. Dñt tñ ꝓilegium vt nō fiat eis iniuria a iudice seculari quia pñt recurrere ad iudicē ecclesiasticū ꝓpter honorem beati franciſci. argu. l. cum filius §. pater. ff. de lega. ij. et hoc fm baldum dicit tñ anthonius ō butrio q̄ omnes seruientes in diuinis debēt vti ecclesiastico beneficio vt etiā sint reseruati vt in c. ij. de foro cōpeten.

¶Notandū q̄rto q̄ si dñs dolo faciat vt seruus cōmittens delictum nō sit in eius ptāte tunc nihilomin⁹ tenet actione noxali vtili. Pōt enī agere contra talem dñm. aut cōtra possidentē vt. l. si bonefidei. ff. de noxa.

¶Notandū quīto q̄ distinguendū est an seruꝰ tenet ex delicto an ex ꝓtractu Si enī tenet ex delicto tūc si delictū cōmissum sit contra dñm nō oritur actio. vt §. eo §. proximo. Si aūt contra extraneum dat actio. vt hic dicit. Sed si tenetur ex contractu siue cōtrahat et fuerit cōnexa gestio illa quā gessit in seruitute cū ea quā in libertate fecit tenet sinō sit cōnexa gestio. secus est vt. l. cuz actum. ff. de negocijs gestis.

Si seruus domino.

¶Sūmat sic. Ex delicto serui cōmisso in dñm suuz nulla noxalis actio nascit Ideo etiā si seruus ille postea alienetur vel manumittat nulla cōpetit actio ꝓ ipm manumissum aut dñm suū. Similiter si alienus seruus cōmisit noxiā in te et postea fiat seruus tuus nullā habes actionē. etiā licz exierit tuā ptātez. sicut ex delicto a dño cōmisso in seruū nō hz seruus actionē etiā postꝫ fuerit manumissus cōtra dñm suū. hoc dicit.

¶☞ Notandū ꝓmo q̄ inter dñm ⁊ seruū nō pt̄ nasci actio q̄ inter eos nō est obligatio saltē efficax ad agendū. i. ciuilis. Pōt tñ inter eos esse obligatio naturalis tm̄ vt s de fideiusso. §. i. et ita inter eos nō ē iudiciū sicut nec inꝰ pēz ⁊ filiū vt. l. lis nulla. ff. de iudi. hinc est q̄ licz seruus q̄ cōmisit delictū in dñm suū postea pueniat ad aliū dñm vel manumittat. adhuc tñ ꝓmo dño nō competit aliqua actio ꝑ regulā illam. nō firmatur

Bi quadrupes pauperiem feciſſe dica.

tractu tpis est de reg. iu. li. vi. ⁊ ibi per Dy. Nā q̄ ista actio ñ nasceba. q̄n cō mittebat delictū ideo postea nasci ñ pt.

¶ Notandū scdo. q̄ si alienus seru⁹ de linq̄t in te nascit tibi actio noxalis. Et si ille postea fiat seruus tuus extinguitur actio iam nata exq̄ q̄uenit in eū casum i quo nō potuit hrē initiū. vt no. p bar. i l. plurib⁹ ff. et si placeat. ff de ꝟ. obli. ⁊ licet ille seru⁹ exeat postea ptātem tuā. tñ non poterit agere contra dñm suum aut ꝑ ipsū si fit manumissus. q̄ actio semel extincta nō renouisci. vt l. qui res. ff. area. ff. de solutio. et ibi p bar.

¶ Notandum finaliter. q̄ licet domi/nus delinquat in seruū suū. tñ seru⁹ postea manumissus vel ad aliū dñm trāslatus non potest ꝓ tra ipsum agere. vt in fine tex.

Sed veteres quidē

Q uāuis olī actio noxalis habuerit locū i filijs ⁊ filiab⁹. tñ hodie iure nostro tantū habet locū in seruis Nā filij possunt conueniri ꝑ suis delictis. hoc dicit vsq̄ ad fi. ti.

☞ Notandū primo. q̄ olim filij et filie dabant ꝑ noxa. nō iure ffroꝝ. sed iure antiq̄ssimo et forte ille iure Traianus tradidit vidue filiū suū ꝑ noxia. quia ipse filius traiani interfecerat filium vidue equitando ꝑ plateas lasciue.

¶ Notandū scdo. q̄ l. inducens aspitatem vel etiā impudicicia est tollenda vt hic. et s. qui. mo. tutela finitur ff. i.

¶ Notandū tertio. q̄ parentes puniūtur pena in filijs suis sicut ipsi filij ꝑ ē amorem ꝓtū ad filios q̄ est maior q̄ filioꝝ ad ꝓtes vt in g. in le. liberoꝝ. ff. ō ver. sig.

¶ Notandū finaliter. q̄ filij cōueniuntur ꝑ delictis suis ⁊ non parentes Et ō si filiusfa. Iudex litē suā fecerit. ipse cōuenitur et nō ꝑ. vt l. si filiusfa. ff. de iudi. Hic etiā ex quasi delicto. vt si filiꝰ deiecerit vel effuderit. eo habitāte sega

tim a prē. cōuenitur ipse et nō ꝑ. vt s. de obli. que ex quasi maleficio. nasc̄ ff. si filiusfa. Facta tamen cōdemnatione in filiuꝫ pt ꝑ conueniri actione in fēm ꝓ re iudicata in peculio. vt l. sed et si condemnatē. ff. de noxa. Sed ex cōtumacia filij ꝑ non cōuenit etiā in peculio. vt ff. de pecu. l. iij ff. idē scribit. Sed oppoñt ꝑ ꝺ vtimur de l. cū ⁊ filij. C. qui bonis cedē pñt. Solutio Illa l. ñ loq̄tur ō peculio pfectitio vel aduentitio in quo dictū istud intelligit. sed loq̄tur in peculio castren vel quasi vt clare ꝓz ex tex. illius l.

Bi quadrupes pauperiē feciſſe dicatur

Continuatur sic. Dictū est s. de Actione cōpeten ex maleficio suoꝝ. Cōsequenter dōm est de actōne cōpetēn ꝑ damno cōmisso ꝑ aīalia irrationalia. Pro quo sic distinguitur q̄ aut damnū committitur ꝑ liberū hoiem et nascit actio l. aquil. ꝺ: qua s dictū ē ad l. aql. ꝑ totū. Aut damnū cōmittitur ꝑ seruū et nascit actio noxalis. de q̄ ꝺ. est s ti. ꝑ. per totū. Aut damnū cōmittit ꝑ animalia irratiōalia. et nascit actio de pauꝑie de q̄ i hoc ti. Et ō Rubricat Bi quadrupes pauperiem fe. dicatur.

Animalium noīe

Pro dāno dato ꝑ animal irrationale. ꝑ naturā sui generis cōpetit actio noxalis de pauꝑie cōtra dñm animalis a q̄ liberat dando aīmal ꝑ noxa. Secus aūt si dānū datū ē fm naturā aīalis in genere Nam si aīmal ferū fecit dānū et fugit a dño nō tenetur ipse dñs. Et est pauꝑies damnū datum sine iniuria facientis. quia animal irrationale nemini facit iniuriaz. ff. ꝺ. vsq̄ ff Cetex.

☞ Notādū primo. q̄ q̄n animal irrationale facit damnū. tunc dñs tenet damnū soluere. aut animal p̄ noxa dare. vt hic. q̄d verū est si dñs nō sit in culpa Nā si quis duxit animal p̄ locū vbi nō fuit ducendū. vel oneravit sic animal q̄ onus deiecit. et sic dānū factū ē. ille nō liberat dando animal p̄ noxa. ⁊ tenetur in solidū solue dānū. vt ff. si qua. pau. l. i. ℣ q̄ si p̄pter.

¶Notandum secō. q̄ si animal bipes fecerit dānū. datur etiā hec actio nō d. recta. sed vtilis. vt ff. eo. l. penul.

¶Notāō. iij. q̄ si aīal fecit dānū fm naturā sui generis vt puta canis comedit piscē vel canes pedit carnis assatas nō custoditas. tunc non datur ista actio cōtra dñm. Si tamē pecora intrauerint pascua aliena. q̄ fecerūt fm naturā sui generis. datur tñ actio p̄ dñm pecorū. non de pauperie. sed de pastu pecorū vt l. quintus lucius. ℣ i. ff. ad l. aquil.

¶Notandū quarto. q̄ si animal ferum fecit dānū et fugit a dño suo non datur cōtra eū ista actio. quia sequitur caput. i. possidentē. vt ff. eo. l. i. ℣ et cum etiā. Sicut etiā de actione noxali dictū est ō. ti. p̄. ℣ Omnis autē actio.

¶Notandū quīto. q̄ pauperies dicit cē dānū sine iniuria facientis datū. vt ℏ Et dicitur pauperies. q̄ facit aliquē pauperē. vt ff. eo. l. i. ℣ penul. Sicut dānus dicit diminutio patrimonij. ff. de dam. infecto. l. iij.

¶Notandū finaliter. q̄ ex quo animalia irrationalia nō faciūt iniuriam. Iō circa ptra ea nō debz ferri sīa seu cōdēnatio. vt ē. g. ī l. fi. ff. de no. opis nūcia. ⁊ ℏ est ptra consuetudinē multaz terraz In quib⁹ animalia irrationalia etiam puniuntur q̄n fecerūt dānū seu delicquerunt.

☞ Opponitur primo contra primum notabile. et videt̄ q̄ dñs aīalis nō liberatur dando aīmal p̄ noxa. p. l. i. ℣ inter dū. ff. eo. ¶Solutio. ¶I. la l. loquitur q̄n dñs primo negauit illud aīmal suum esse de quo ñ postea cōmunicāt. nā in illo casu non liberat dādo aīal sed tenetur damnū in solidū soluere sed tex. iste loquitur q̄n confitetur aīmal suū esse.

¶Opponitur secō. contra vltimū notabile p̄ c. mulier. xxvi. q. i. et p̄ c. inebriantē rūt. ea. cā. ⁊ q̄stione. ī q̄b⁹ imputant aīa lib⁹ irrationalib⁹ ea q̄ fiunt et etiā ea q̄ fiūt mēte alienata. vñ animal punitur si mulier ad pec⁹ accessit Et loth inebriatus punit de incestu quē cōmisit cū filiab⁹ suis. Ad p̄mū dīm. q̄ si mulier accedit ad pecus ipsa morte morit̄ reatu criminis. pecus vero reatu pene. Ad secūdum fm archi. est dicendū in c. inebrianerūt q̄ loth peccauit ignoscendo filias suas. hūt cīm ī illo actu aī sēsū et ad sensū redijt. licet ñ ex toto discretū. Nam non ignorauit se coire sed ignorauit se coire cū filia. Et sic adhuc verū remanet q̄ q̄ ratōne caret culpā cōmittere nequit.

Ceterum Habens animal feruz in loco publico Si tale aīal fecerit nocumentū libero hoī punitur dñs aīmalis arbitrio iudicis. sed si tale animal fecerit dānū in alijs reb⁹ soluet dñs duplū ex edicto edilicio. Et dat̄ etiā ī istis casibus actio de pauperie quia actiones penales de vna re cōcurrentes sunt illius nature q̄ vna aliam non excludit. hoc di. vsq; ad fi.

☞ Notandum primo. q̄ si animal ferū noceat libero homini punit̄ dñs arbitrio iudicis. vt hic di. q̄d ē cōtra eos q̄ in via publica tenēt lupū vrsū vel simiā nisi sint taliter ligata quo min⁹ nocere possūt. in arbitrio aūt isto habēda est ratio lesiōis. sed nō defectuositatis rei licē et etiā habenda est ratio impensaz fctāz in curatione et operū amissaz et amittendaz. vt l. ex hac actione. ff. ō edili. edic. Sed si mortuus fuerit liber homo dabit dominus ducentos aureos vt. l. qua vulgo. ff. de edili. edic. Sed si

stione vel etiaz satisdatione p qualitate psone sue q manebit in iudicio. vsqz ad finē litis. hoc di. vsqz ℣ Sinautem.

¶ Notandū primo. q dr in tex. hic satisdationē fieri diuersimode ex qualitate psone sic itelligēdū ē. q si re⁹ possideat īmobilia satis ē facē cautōez iuratoriā. vt C. de epis. et cle. l. generaliter. Et si priuilegiat⁹ ē ne satisdet. tūc sufficit nuda promissio. vt l. si qs. C. ō epis. z cle. Nā illustris psona vel cōstitutus in dignitate priuilegiata ē q ad istā satisdationē. vt C. de dignita. l. q̄riens. li. xij. Alij aūt tenēt idonee satisdare. videlicz p pignora vel fideiussores. vt l. sciendū. ff. q satis dare coguntr. Si vero sit aliqs hñs īmobilia nō tñ sufficientia ille tenet satisdare p fideiussores aut pignora in eo qđ excedit. q idem ius est in pte q ad p tem. qđ est in toto q ad totū. vt ff. de acq. hereditā. l. si seru⁹ ei⁹. Et ista distinctio q̄litatis psone etiā obtinēda ē ℔m noua iura. q illa intelligēda sūt ℔m distinctionē antiqui iuris. vt ē g. in auct. de hēdib⁹ q ab intes. ve. in prī. colla. ix.

¶ Notandum sc̄o. q dicitur Idone⁹ fideiussor dupliciter Uno modo r̄spectu facultatis. q. scz hz bona īmobilia vel multa mobilia. ita vt nō sit suspicio de fuga. vt no. p bar. in l. sciēdū. ff. q satisdare coguntr. Si tñ parens vel patron⁹ detur pro fideiussore sp p̄sumit idone⁹ q̄uis nō habeat īmobilia vel multa mobilia. vt ff. vt ī ius vocati eant. l. i. q si est p̄sumendū q qs relinqueret carnem suā. vt ff. si quis ī ius vocatus nō ierit l. ij. Alio modo dicit Idoneus fideiussor respectu facilitatis vel difficultatis cōueniendi eū in iudicio q̄propt scholaris vel cleric⁹ nō ē idone⁹ fideiussor. ex quo hz speciale iudicē vt in auctē. habita. C. ne fili⁹ p patre. Sic etiā advocatus vel procurator vel homo rixosus. seu homo potēs nō ē idone⁹ fideiussor. vt no. p bar. in l. ij ℔ fi. ff. q satisdare cogūtur. vel etiā ꝓpter locū scz in q tute pueniri non p̄t. vt d. l. sciendū.

¶ Notandū tertio. q fideiussor si obligauit se ad certū tēp⁹ tūc finito illo tpe deobligat. vt C. de fideiusso. l. penul. Hz si nō obligauit se ad certū tēp⁹. tūc obligat q̄diu durat' istā tia. que ℔m ius canonicū nō hz certū tēp⁹ In iure ciuili Instantia durat vsqz tertiū ānum vt in g. in c. venerabilē. et in c. significantib⁹. eē de iudicijs.

¶ Notandū q̄rto. q ista satisdatio non fit sub pena nisi cōueniat de ḥ int̄ prevenit tñ interesse ex vi satisdatiōis. vt l. ij ℔ fi. ff. qui satisdare coguntr. Et hz ista satisdatio patā executionē sine noua ꝓcessu. vt no. p bar. in l. i. ff. iudicatum solui.

¶ Notandū q̄nto. q etiā actor olim dabat duas satisdationes. Una fuit q ℔ duos mēses p⁹ porrectū libellū cōtestat' litē. vt ī auctē. de execu. ℔ i. coll. vij. sc̄a fuit q si succūbēt soluēt p expēs. aduersario decimā ptem litis. vt in auctē. ō litigato. ℔ ad excludēdas. col. viij Hodie tñ istō cōit nō obtinēt. ℔ g. ī c. libellum. iij. q. iij.

Sinautē per procu.

Si dubitet de mādato ꝓcuratoris ipsius actoris tūc ꝓcurator debz satisdare de Rato. etiā si sit ꝓcurator tutoz vel curatoz vel aliaz psonaz hñtiū administrationē alienaz rez. hoc di.

¶ ☞ Notandū primo. q Aut procurator actoris hz mādatū. ita q constet de mādato in actis. vel p instrūm vel p sigillū faciēs fidē z tūc nō oportet eū satisdare de Rato. vt C. de satisdatio. l. ivl' pstat eū nō hrē mādatū. z tūc nō p̄t agē et si velit satisdaē ō rato vt ff. ō nego. ges. l. si pupilli ℔ fi. Nisi ageret p piūcta psoñ. vt ff. de ꝓcurato. l. fz hēs. vl nisi ageret pro recuperanda possessione spoliati. vt C. si p vim vel alio modo l. i. Vel dubitatur An habz mandatum vel non. et tunc procurator potest cōgē. an velit

mandatum ꝓbare. vel de rato satisdaē: vt in c.an alternatiuus. extra de reg.iu. li.vi.quāq; aliqui doc.ibi aliter dixerūt vt pla.et bnlga.

¶Notanduz scdo.q; tūc dubitatur de mandato. qū nescitur.an instrm̄ sit au/ thenticū vel nō.vel an ꝓcurator sit re/ uocatus.vel solū hz vnū testē.vt no.ꝓ bar.in l.nō solū.§.q; alieno.ff. de ꝓcura.

¶Notandū tertio.q; cū dicit in tex.ō aliis ꝑsonis hoc potest intelligi de pē hūte administratōez bonoz filij sui. vt C.de bonis maternis l.i. vel de econo/ mo.vel actore vl'sindico.vt ff.quod cu iusq; vniuersitat. noīe l.i.§.ō qb⁹. Vel etiā de apocrisario.vt in auctē. qūo oz cpos.§.et illud.coll.i. vel de orphano/ trophis vl'bephotrophis.vt C.ō epis. ⁊ cle.l.orphanotrophos. Nā iste ꝑsoē pñt ꝓ aliis litigare dūmō tñ ipsi ꝓmo litē fuerint cōtestati. et sic facti dñi lit. vt C.de ꝓcurato.l.neq;.q; ꝓcurator ñ pōt constitui nisi a dño vt ff.de ꝓcura. l.i. Hz iste ꝑsoē ꝓ se pñt litigare sine sa tisdatione.vt C.de admīstra.tuto.l.tu tores. Et ratio est.q; sunt q̄si dñi.vt ff. ꝓ emptore.l.qui fundō.§.ſi tutor. Sed ꝓ curator non ē q̄si dñs ver⁹ sed fict⁹. vt ff.de ꝓcura.l.i. Et ideo ꝓcurator nō pt substituere ante litē cōtestatā exq̄ non ē tunc dñs litis.

☞Sed opponit et videt q; Tutoes tenent satisdare qū ꝓ se litigāt.ꝓ l. vul go.ff.de administra.tutoz. Solutio.

¶Illa l.nō loqtur de satisdatiōe qua re⁹ relevat indēnis.si agens ñ sit tutor.

Si vero aliquis Pro/ curator rei tenet satisdare de iudicato solui a qua tñ satisdatione dñs pt eū liberare siue in iudicio siue ex iudicio ꝓ solēnem stipulationē factā sub hypotheca bo/ noz suoz.q; non solū ipse hz etiā hēdes eius obligant. Si tñ dñs post litis con test.ꝓcuratorē cōstituat. tūc talis ꝓcu/ rator tenetur satisdare q; dñs ꝓsequet in iudicio tpe ferēde sñtie. Alioq; fideius sor ꝓcuratoris soluet ꝓdēnatū nisi ap/ pellet. Et defensor tenet etiaz satisdaē de iudicato solui. Et ista oīa obseruan tur in toto imꝑio rhomano. hoc di.

☞Notandū primo. q; q̄uis constat ꝓcuratorē rei hrē mandatū ⁊ etiā si ha beat bona īmobilia. Nihilomin⁹ tñ te/ net satisdare de iudicato solui. Dñs. tñ eius pt eū ab hac satisdatione relevare qō vez ē. si dñs hēat bona īmobilia vel sufficientia mobilia alias nō sufficit sua relevatio. vt no.bar.sup rubca.ff.iudica tū solui. Et sunt clausule isti⁹ satisdati onis tres. Prima ē de defēdendo cau sam. scda est de nō cōmittēdo dolū. ter tia est de solutione iudicati. vt ff.iudi/ catū solui l.iudicatū solui.

¶Notandū scdo.q; ille dicit esse pñs q; ē in ortis vel in cōtinentib⁹ edificijs vt ff.de ꝓcurato.l.pñs.

¶Notandū tertio.q; licet aliqui dicāt q; qñ dñs est pñs. tūc ipse tenet satisda re et non sufficit ꝓcuratorē satisdare. hoc tamē non est vez.q; aliquis pt pro alio interuenire sine mādato. vt C. de satisda.l.i. Et iā ꝓ iuito. vt ff.ō soluti⁹ l.solutionē. Et ideo ȳbū pt. hic in tex: nō debet exponi.i.debet.sicut illi dicūt ⁊ accipit ꝓprie.

¶Notandū quarto.q; si dñs post li. cō test.constituat procuratorē. tūc procura tor tenet satisdare q; dñs cōpebit in iu dicio tpe ferende sñtie Alioquin fideius sor procuratoris hz solue indicatū. Et rō ē quia procurator ñ ē dñs litis ⁊ cō testādo litē pncipalis fc̄us ē dñs litis. vt ff.si q̄s cautio.l.si cū.§.q; iniuriaz.

¶Notāō.v.q; defensor.s.q; sine māda/ to inuenit pro aliq; tenet indistincte sa tisdaē ō iudicato solui. Cui⁹ ratio ponitur hī tex.qa nemo ē idone⁹ defensor a liene rei sine satisdatione.

¶Notāō fi.q; ī ꝓpatoz̄ijs iudicij respi/ cied⁹ ē vl' q̄tidiane ꝑtice vt C.de ve/ teri iure enucle.§.si quas leges.

☞ Opponitur Et videtur q̄ nō opz sequi obseruantiā ciuitatis rhomane p l. licz ff. de offici. pñi. ¶ Solutio ¶ Ve/ quen. la est cōsuetudo, et lex vbis rho/ manc que obseruāt ex certa scīa vt hic dicit. Nō aūt si obseruēt p errorem vt vult lex in opposi. allegata. fa. l. de q̄bus ff. de legi. et senatusconsul.

De perpetuis et tē/ poralib⁹ actionibus

¶ Continuatur sic. Dictum est sup̄ de actionibus. ⁊ quia quedā actiones sunt ꝑpetue/ et quedam tpales. Ideo tracta tur hic de ꝑpetuis et tpalib⁹ actionib⁹ Et ita iste titulus rubricatur.

Oc quoq; Actiones descendē/ tes ex lege xij. tabulaꝝ vel ex senatuscōsultis vel ex cōstitutionibus olim erant ꝑpetue hoc est sine ꝑfinitio ne tpis. sed hodie sunt ꝑpetue cū limita tione tpis. Actiones aūt ꝓtorie regulari ter sunt annales. Aliq̄ tñ sunt ꝑpetue vt sunt actiōes q̄ dant bonoꝝ possesso ri vel ei q̄ est loco heredis. et actio fur/ ti manifesti. hoc dicit

☞ Notandū ꝓmo q̄ ius ciuile conti/ net quīq; ꝓtes scz le. xij. tabulaꝝ plebi/ scita senatuscōsulta pncipum placita ⁊ prudentū responsa. vt ⁊ de iure na. gen. et cīli ℱ. cōst. nt. Et actiones descēdētes ex istis ꝓtib⁹ iuris cīlis olī erāt ꝑpetue scz sine ꝑfinitiōe tpis. Hodie aūt adhuc dicunt ꝑpetue sed cū limitatione tpis. Si enī sint psonales actiones nō habē tes determinatū tps durāt xxx. annis vt. C. de ꝑscrip. xxx. vel. xl. ānoꝝ. l. sicut. Scz actiōes reales de re mobili durant trib⁹ ānis. De re aūt imobili durāt x. an nis inē pntes et inē absentes xx. ānis Si possessor habeat titulū. ff. ꝙ nō ha/ beat titulū durāt xxx. ānis vt. C. de vi/ suca. trāffor. l. i. Sūt tñ alīq̄ actiones q̄ durāt adhuc hodie sine ꝑfinitione tpis vt actiones descēdentes ex casibus in q̄bus nō currit ꝑscriptio de q̄bus nota tur in c. cū nō liceat. extra de ꝑscrip. et in. c. talis. xvi. q. iij.

¶ Notandū scdo q̄ actiones ꝓtorie re gulariter sunt ānales vt h̄ dicit. Et dr regulariter q̄ interdū sunt ꝑpetue. p q̄ sic distinguēdū est ſm bar. in. l. i honora rijs ff. de actio. et obliga.. Quia aut acti ones ꝓtorie sunt rei ꝑsecutorie ex vtra q̄ ꝑte et tunc sunt ꝑpetue vt in d. l. in honorarijs. excepta actiōe rescisoria. et actione redhibitoria vt ff. de edili. edic. l. sciendū ℱ. fi. quia iste dant ad tps/ aut actiones ꝓtorie sunt penales ex vtraq; ꝑte vel ex ꝑte rei tantū/ ⁊ solū durāt p annū. vt ff. de calūniato. l. i. Fallit autē hoc ꝓmo in actiōe furti manifesti vt h̄ in textu. Scdo fallit in actione que da tur pro interesse substituto vel legitio heredi cōtra vxorē defuncti que missa est in possessionē bonoꝝ defuncti noīe ventris et postea dolose possessionē ad alium transtulit. quia ista actio penalis datur loco petitiōis hēditatis q̄ est rei ꝑsecutoria ex vtraq; ꝑte vt ff. vt mulier noīe ventris in possessionē mittatur l. i. Tertio fallit in actione que datur cōtra heredē ꝓhibentē ne legatari⁹ in possessionem mittatur. eo q̄ non cauetur sibi de legato soluendo aduenīente conditione vel die cessionis legati vt. ff. ne vis fiat ei.

¶ Notandum tertio q̄ quando hic di/ citur actionem pretoriam durare p an/ num/ intelligitur de anno vtili. Nā de tali anno pretores loquebantur vt ff. de vi ⁊ vi armata. l. i ℱ. annus.

☞ Opponitur Et videtur q̄ non be/ ne dictum sit actiones psonales descen dentes ex iure ciuili durare p xxx. an/ nos p. l. si non conuicij. C. de iniurijs. ⁊ p. l. ij. ff. ad le. iuliā repetūdaꝝ. ¶ Do. Quod h̄ dicitur intelligī regulariter

Et ideo casualiter ꝑt aliter contingere Nã actio iniuriaꝝ descendẽs ex.l.cornelia solũ durat ꝑ annũ vt in allegata.l.si nõ cõuicij. Similiter actio descendens ex le.iulia. repetundaꝝ q̃ scz dar cõtra iudices vel officiales recipiẽtes pecuniã.ratiõe sui officij vt in allegata.l.ij.

Non autem omnes

Actiones penales descendentes ex maleficijs nõ dant cõtra heredes delinquẽtiũ sed bene cõpetũt heredib⁹ exceptis actione iniuriaꝝ et ei silib⁹. Et actiões descẽdentes ex ꝯractu in qb⁹ testator dolose ꝙsatus est vt in depositi nõ dant ꝯ heredes. Si tñ in actiõib⁹ penalib⁹ lis cõtestata ẽ cum defuncto dant heredibus ⁊ cõtra heredes. hoc dicit.

☞ Notãdũ ꝓmo ꝙ cuz dicit ꝺ in ter. ꝙ actiões penales descẽdẽtes ex maleficijs nõ dant ꝯ hẽdes rei. hoc etiã intelligẽdũ ẽ si descẽdãt ex q̃si maleficijs vt ꝺ de obliga.q̃ ex q̃si maleficijs nascunt ℔fi. Nec solũ verificat istud de maleficijs ꝓatis sed etiã de publicis. Differenter tñ ꝙ actiones descẽdẽtes ex publicis maleficijs nõ dant ꝯ hẽdes etiã lite cõtestata vt ff. de accusatio.l. ex iudicioꝝ.nisi in qbusdã casib⁹.ꝓm⁹ ẽ in crimine legis iulie maiestatis vt ff.ad legẽ iuli.maiesta.l.fi. scꝺs ẽ in crimine hẽlis vt.C.de apostat.l.ij. tertius ẽ in crimĩe legis iulie repetundaꝝ.q̃rtus in crimĩe legis iulie de residuis. q̃ntus est in crimine legis iulie peculat⁹ vt ff.ad legez iuliã pecula.l.fina.

Notandũ scꝺo ꝙ actiones penales descẽdentes ex maleficijs vel q̃si bñ dãtur ꝯ hẽdes q̃ñ lis est cõtestata cum defuncto vt ꝺ in ℣si.penales vel q̃ñ aliqd puenit ad hẽdẽ ex eo maleficio vt ff.de calũniato.l.in heredem. Non tamen in isto casu semp datur eadem actio cõtra heredez que cõpetebat cõtra defunctũ Naz si cõtra defunctũ cõpetebat actio vi bonoꝝ raptoꝝ. et aliquid puenit ad heredem datur cõtra heredem cõdictio furtiua ⁊ nõ vi bonoꝝ raptoꝝ actio. vt ff. vi bonoꝝ raptoꝝ.l. ij ℣fi. Similit in interdicto vnde vi quod datur contra defunctũ quia cõtra heredez dar actio in factũ si aliquid ad eũ puenit vt ff. de vi et vi armata.l.i ℣fina.

Notandũ tertio ꝙ actio iniuriaruz nõ datur heredi vt hic dicit. Et ratio est quia talis actio ante litẽ cõtestatam nõ est in bonis nris vt ff.de iniu.l.iniuriaꝝ. Vel alia ratio est quia in ista actione nihil abest actori.et nihil adest reo; vt ff.de collatio.bonoꝝ.l.cũ emãcipati ℣emãcipati. Est aũt actio similis isti q̃ dar patrono cõtra libertũ agentẽ ꝯ patronũ sine venia vt.ff.ꝺ pe.teme.litigã: ℣fi. Silis est etiã actio popularis vt ẽ actio que dar contra eũ qui habz aliqd suspensum vel positum quod posset alicui nocere vt ff.de his qui deiece. vel effude.l.si vero ℣que aũ.

Notandũ q̃rto ꝙ quando in actiõe descendente ex cõtractu reꝑitur dolus qui dedit causam cõtractui tũc purificatur dolus nõ ꝑ actionez ex eo cõtractu sed ꝑ actionẽ de dolo vt ff. de dolo.l.et eleganter. Sed quando dolus est incidens vel supueniens tunc purificatur ꝑ actionẽ ex eo cõtractu vt ff. de actio. et obliga.l.ex contractibus.⁊ nõ dar ꝯ heredes. Vbi gra. Si testator dolose fecit in depositi causa tumultus incendij ruine vel naufragij competit contra eũ actio in duplum.nõ aũt contra heredem eius.sed tãtũ in simplũ vt ff. depositi.l.i. ℣i. Sic etiã est in actione que dar contra agrimensorem vt ff.si mẽsor.fal. modũ dixe.l.iij ℣penul. Idem etiam est in actione ex stipulatu que datur de iudicio sisti.quando aliquis conuentus est in actione iniuriaꝝ vt ff. si quis cautio. l.si eũ ℣qui iniuriaꝝ. Idem etiam est in actione tributoria vt ff. de tributo.l.illud ℣fina.

De exceptionibus.

¶ Notandū tertio q̄ in maleficijs pactum tollit vtrāq; obligationem scz naturalē et ciuilē si paciscat vt nō agatur Et ratio ē q̄ talis obligatio ē debilior q̄ illa q̄ p̄cedit ex ꝯtibus. Et idē dicit glo. de pignore remisso per pactū. q̄uis Joh. fa. ibi aliter dicat cū illa sit obligatio realis.

Eque Quāuis reus deferēte actore iurauerit se nihil debere Actor tn̄ p̄t cōtra eū agere/ sed defenditur reus p exceptionē iurisiurandi. Et m. liter q̄uis possessor iurauerit rē suā esse. petitor tn̄ p̄t cōtra eū agere sed defendit possessor p exceptionē iurisiurā di. hoc dicit.

☞ Notandū p̄mo q̄ p iuramētū nō tollit obligatio ciuilis. Et ideo post q̄ reus iurauit se nihil debere. P̄ōt tamē actor intentare actionē sed nō p̄t agere de piurio/ qr post q̄ causa decisa est p iuramentū nō p̄t iterū suscitari p̄textu piurij vt. C. de re. credi. t iureiurā. l. i.

¶ Notādū scdo q̄ nō querit de piurio post q̄ iuratū est. Et ita causa iuramēto decisa nō renouat p̄pter piurū vt iam dictū est nisi in q̄busdā casibus. p̄mus si iuratū sit cōtra legē vt si mulier iurauerit p̄manere in meretricio. quia melius est iramentā nō seruare q̄ delinquere vt in auctē. scenicas mulieres. ff. colla. v. que est. auctē. q̄ eis. C. de nup tijs. Sliter si liberta iurauerit patrono nō nubere. q̄ hoc est cōtra bonos mores vt. l. adigere. ff. de iure patrona. Et iramentū cōtra bonos mores prest. tū nō ligat vt in regula. nō est obligatorium de regu. iurl. li. vi. Scdo si q̄s iurauit sibi debere legatū cuius cōtrarium cōstat ex testamento. vt. C. de reb⁹ credi. et iureiurā. l. fi. Tertius casus si nouit reperiant instrumenta cōtra iramentū necessariuz vt ff. de iureiuran. l. admonendi. Quartus casus si iuratū sit sup trāsactione inita ex falsis instrumentis vt. C. de trāsactio. l. si ex falsis. Quintus casus est si ptes inter se cōuenerūt q̄ p̄pter periuriuz causa retractaret vt C. de rebus credi. et iureiuran. l. i.

Notandū tertio q̄ differentia est an possessor iuret rem suam esse vel petitoris nō esse. Nam si iurauerit suā ee habet actionem et exceptionē. Sed si iurauerit petitoris nō esse solū habet exceptionē cōtra petitorē t nō cōtra alium. Cuius ratio ē quia p hoc q̄ res nō est petitoris. nō sequit q̄ res est ipius possessoris vt ff. de iureiuran. l. sed etsi possessor. p̄mo respōso.

Item si in iudicio.

Quāuis cōuentus actione reali vel psonali fuerit absolutus tn̄ obligatio manet ex qua actor p̄t cōtra eū agere. sz defenditur absolutus p exceptionē rei iudicate. hoc dicit.

☞ Notandū p̄mo q̄ p sententiā absolutoriā nō tollit obligatio neq; actio. sz datur absoluto exceptio rei iudicate p̄ agentē de nouo vt ff. de exceptio. rei iudicate. l. exceptio.

Notandū scdo q̄ sniā absolutoria aliter tollit obligationē q̄ iramentum vel pactū. quia iramentū vel pactum tollit totaliter obligationē naturalez t nō ciuilē vt ff. de iureiuran. l. fi. Sz sententia tollit obligationē ciuilē remanente naturali vt ff. de p̄dic. inde. l. Julian⁹. Et ideo si ille q̄ ē absolut⁹ p sententiā postea soluat nō repetit solutuz vt ff. de condic. indebi. l. inder.

☞ Opponit Et videt q̄ sniā nō tollat obligationē ciuilē q̄ inducit actionem et p cōsequēs obligationē. g̃ videtur q̄ nō debet eā tollere p. l. actori. C. de rebus credi. / Sc⁹. Quia sniā est de iure ciuili. Jō p̄t id q̄ est de iure ciuili p̄ducere et etiā destruere vt ff. de origine iurl. l. ij. ¶ Deinde. Sz nō p̄t destruere q̄ est de iure naturali ꝑ de legit. agnato. rute. ¶ vltimo.

Hec exempli causa. Summaꝫ sic. Preter istas exceptiões q̄ posite sunt causa exēpli sunt adhuc multe exceptiões de quibus habetur in libus ffroꝝ quaꝝ alique sunt de iure cīli et alique de iure ptorio. hoc dicit.

☞ Notandū ꝓmo ꝙ exceptio fori est de iure cīli vt. C. de exceptio. l. fi. Et exceptio macedoniana vel velleiana oriꝫ ex senatusco sulto qđ obtinet vicē legis vt ff. ad macedo. et ad velleia. p totum. Sed exceptio doli mali et qđ metꝰ cā. et etiā exceptio pacti sunt de iure ptorio vt ff. de exceptio. doli p totū titulū et ff. de pactis. l. iurisgentiū ℔ ptor ait.

Appellantur. Exceptionū quedam sunt ppetue et pemptorie et quedā sunt tpales et dilatorie. ppetue et peremptorie sunt q̄ semp opponi pñt et actionē agētis excludunt. hoc dicit.

☞ Notādū ꝓmo ꝙ exceptio ppetua et pemptoria opponiꝫ sine pñtiõe tpis Debz tñ opponi añ sniaz vt. C. senten. rescin. pos. l. pemptoria. Et dz ꝓbari añ publicationē testificationū vt. l. qui semel. C. de testamen. nisi postea posset ꝓbari p instrā vel ꝓfessionē aduersarij vt in glo. in d. l. pemptorias. In septē tñ casib⁹ pt opponi pⁿ sniaz ꝓmus est si exceptio opponaꝫ a minore vt ff. de mino. l. minor. xxv. ānis. Dicit tñ ḃ Johā. fa. ꝙ iste casus nō excipiꝫ a regula ꝙ ḃ fit p restitutionē in īegrū. q̄ sniā declaraꝫ tanꝫ nulla. scḋus casus si exceptio opponiꝫ a mlite. Nā ille pt excipe post sniaz/ eo ꝙ nō teneꝫ iura scire vt. C. de iu. et fac. igno. l. i. tertius est in exceptione macedoniana vel velleiana vt si filius vel mulier obligauit se datur exceptio pⁿ sniaz vt ff. ad macedo. l. taz etsi. q̄rtus ē q̄n donator excipit ne cōueniaꝫ in plus q̄ facere pt habita rōne ne egeat vt ff. de re. iudi. l. necēnius ℔ fi. q̄nᵗ est q̄n opponiꝫ exceptio falsi ꝓcuratoris vt videlz ꝙ nō habuit mandatū vt. l. iicz. C. de ꝓcurato. Secᵒ est si opponaꝫ exceptio cōtra ꝓsonā ꝓcuratoris q illa est dilatoria vt ℔. co℔ pterea. sextus ē si opponaꝫ de nullitate iudicij/ eo ꝙ snīa lata ē ex falsis instrīs. vel ꝙ data ē pecunia iudici vt ferret snīaz. C. q̄n ꝓuoca. nō est necesse. l. venalis. vel q̄n iudex fuit incōpetēs vt. C. si a nō cōpeten. iudi. p totuz. septimᵒ est si excipiaꝫ de hoc ꝙ quis fuit cōpulsus eo tpe quo cōpelli nō debuit vt ff. de ferijs. l. i.

¶Notandū scḋo ꝙ exceptiões dilatorie dñt opponi añ litis cōtestationē. ℥ probauit postq̄ actor mōstrauit suā intētionem vt. C. de ꝓbatio. l. exceptionē. Iñ tñ excipiꝫ exceptio fori q̄ opponiꝫ et ꝓbatur añ litis cōtestationē vt ff. eo. l. pe nulti.

¶Notandū ℨ°. ꝙ exceptio nō nūerate pecunie ſm aliq̄s dicit anomala qđ ꝓ tāto vez est ꝙ in alijs exceptiõib⁹ opponens teneꝫ eas ꝓbare. ℥ q̄ opōit exceptionē nō nūerate pecunie nō teneꝫ ꝓbare vt. C. de nō nūerata pecunia. l. si et cautione tua/ et codē mō dicit de exceptione nō nūerate dotis vt. C. de dote cau. et nō nūerata. l. fi. Et ita iste exceptiones sunt tpales q̄ntū ad ꝓpositionem. Durāt enī ꝓ biennīū vt de exceptione nō nūerate pecunie dictuz ē ℔ literārū obligaℓ fi. ℥ q̄ntum ad ꝓbationem sunt ppetue vt notaꝫ etiā ꝓ bar. in l. exceptionem. ff. eo. titulo.

Tempozales. Summaꝫ sic Tpales ꝛ dilatorie exceptiones sunt que actionem ad tps differunt. Nā olim ante tempus agens ꝓdebat actionē et rem. Sed hodie duplicaꝫ reo tps dilationis ꝛ actor cōdēnatur reo in expensis in priori lite factis. hoc dicit.

☞ Notandū ꝓmo ꝙ exceptiões dilatorie nō destruūt actionē sed differunt Olim tñ agens ante tps ꝓdebat rē de

De exceptionibus

qua agebat. Et ita tūc fuit hmōi excep/tio peremptoria. Seo hodie nō est sic. Quia tōtū dat duplex tempus dilationis

Notandū scdo q̄ istud tps interdū dat ab hoīe. & interdū dat a lege. interdū etiā dat ex natura actiōis. ꝯbi gra. Si aliqs stipulat sibi fructꝰ futuros vel edificari sibi domū in certo loco/ vel cuz sit rhome dari pecuniā ephesi dat dilatio ex natura actiōis vt ff. de ꝯbor obligā. l. interdū fm Hzo.

☞ Opponit Et videt q̄ petēs añ tps nō sit pumēdus p. l. ii in diē ff. de petit. hereditatis Do°. In illa lege non petebat añ tps. nec etiā plus. ꝫ petebatur q̄ hēditas esset eodē iure penes hrēdē agentē quo fuit apud defunctum.

Preterea. Exceptiōes pcuratoīe ratione psone sunt dilatoīe q̄les sunt ille q̄bꝰ mulieres et milites phibent agē alieno noīe Nā milites suo noīe agere pñt. hoc d.

☞ Notādū pmo q̄ mulieres nō pñt agere p alijs nisi p parentibus q̄ pro se ꝓpter infirmitatez vel etatē agere non pñt. nec reperitur aliꝰ volēs p eis agere quo casu mulieres dñt velleiano puilegio renūciare vt in textu et glo. in. l. feminas ff. de pcurato. nec pōt mulier esse aduocata. Nā cū quodā tpe mulier calphurnia turpiter se habuit in iudicio p hibitū ē ne mulieres de cetero p alijs essent in iudicio vt ff. de postulan. l. i. ℣. sexū. Pōt tū mulier esse pcuratrix ad negocia vt in gl. in. l. ij. ff. de regu. iuris

